Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expectó, donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

### RESPONSORIUM.











## IN TERTIO NOCTURNO.

PRO FERIA QUARTA ET SABBATO.




## PSALMUS 39.

Expectans expectavi Dominum: * et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas: * et eduxit me de lacu miseriae et de luto fecis.

Et statuit super petram pedes meos: * et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum, * carmen Deo nostro.

Videbunt multi et timebunt: * et sperabunt in Domino.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus: * et non respexit in vanitates, et insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: * et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiavi et locutus sum: * multiplicati sunt super numerum.



Sacrificium et oblationem noluisti: * aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti: * tunc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: * Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna: * ecce labia mea non prohibebo: Domine tu scisti.

Justitiam meam non abscondi in corde meo: * veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam, * a concilio multo.

Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas a me: * misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus: * comprehenderunt me iniquitates meae, et non potui, ut viderem.

Multiplicatae sunt super capillos capitis mei: * et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine ut eruas me: * Domine ad adjuvandum me respice.

Confundantur et revereantur simul qui quaerunt animam meam, * ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, et revereantur, * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent et laetentur super te omnes quaerentes te: * et dicant semper: Magnificetur Dominus qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, et pauper: * Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus, et protector meus tu es: * Deus meus ne tardaveris.

Requiem aeternam &.

*Antiph.* Complaceat tibi Domine ut eripias me, Domine ad adjuvandum me respice.



Sana Domine animam meam quia peccavi tibi.



E v o v a e.

## PSALMUS 40.

Beatus qui intelligit super egenum, et pauperem: * in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra: * et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus, * universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine, miserere mei: * sana animam meam quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: * Quando morietur, et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur, * cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, * et loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: * numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meae, in quo speravi: * qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, et resuscita me: * et retribuam eis.

In hoc cognovi quoniam voluisti me: * quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: * et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a saeculo, et usque in saeculum: * fiat, fiat.

Requiem aeternam, &.

*Antiph.* Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi.





Si ti vit a ni ma mea ad Deum vi vum,



quando ve niam et apparebo ante faciem Domini.



E u o u a e.

## PSALMUS 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: * ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: * quando veniam et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte: * dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Haec recordatus sum, et effudi in me animam meam: * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis, et confessionis: * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: * propterea memor ero tui de terra Jordanis et Hermoniim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat: * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui * super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam: * et nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitae meae: * dicam Deo: susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? * et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, * exprobaverunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Requiem aeternam, ℣.

*Antiph.* Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam, et apparebo ante faciem Domini.

℣. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.

℟. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. — Pater noster: *totum secreto.*

## LECTIO 7.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, et solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc praestolatio mea et patientiam meam quis considerat?

### RESPONSORIUM.








## LECTIO 8.

Pelli meae, consumptis carnibus, adhaesit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim, quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum, et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius: reposita est haec spes mea in sinu meo.








## LECTIO 9.

Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, antequam vadam et non revertar ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine: terram miseriae et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

### RESPONSORIUM.








*Sequens ℟. dicitur solummodo in die Commemorat. omnium Defunctrorum et quandocumque pro Defunctis dicuntur novem Lectiones.*








# AD LAUDES

ABSOLUTE INCIPITUR ANTIPHONA.




## PSALMUS 50.

Miserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.
Amplius lava me ab iniquitate mea: * et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * et peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.
Asperges me hyssopo, et mundabor: * lavabis me, et super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: * et exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam a peccatis meis: * et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: * et spiritum rectum innova in visceribus meis.
Ne projicias me a facie tua: * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi laetitiam salutaris tui: * et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: * et impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: * et exultabit lingua mea justitiam tuam.



Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, et humiliatum Deus non despicies.
Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut aedificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes, et holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.
Requiem aeternam &.

*Antiph.* Exultabunt Domino ossa humiliata.







## PSALMUS 64.

Te decet hymnus Deus in Sion: * et tibi reddetur votum in Jerusalem.
Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorum praevaluerunt super nos: * et impietatibus nostris tu propitiaberis.
Beatus, quem elegisti, et assumpsisti: * inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tuae: * sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate.
Exaudi nos Deus salutaris noster, * spes omnium finium terrae, et in mari longe.
Praeparans montes in virtute tua, accinctus potentia: * qui conturbas profundum maris sonum fluctuum ejus.
Turbabuntur Gentes, et timebunt qui habitant terminos a signis tuis: * exitus matutini et vespere delectabis.

Visitasti terram et inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam.
Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: * quoniam ita est praeparatio ejus.
Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: * in stillicidiis ejus laetabitur germinans.
Benedices coronae anni benignitatis tuae: * et campi tui replebuntur ubertate.
Pinguescent speciosa deserti: * et exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ovium, et valles abundabunt frumento: * clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem aeternam, &c.

*Antiph.* Exaudi Domine orationem meam, ad te omnis caro veniet.







## PSALMUS 62.

**D**eus Deus meus * ad te de luce vigilo.
Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta, et invia, et inaquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: * et in nomine tuo levabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: * et labiis exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adjutor meus.



Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhaesit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.
Ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam, introibunt in inferiora terrae: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.
Rex vero laetabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

*Hic non dicitur:* Requiem.

## PSALMUS 66.

**D**eus misereatur nostri, et benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.
Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus Gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.
Laetentur et exultent gentes: * quoniam judicas populos in aequitate, et gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.
Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terrae.

Requiem aeternam, &c.

*Antiph.* Me suscepit dextera tua Domine.







*Canticum Ezechielis.*

**E**go dixi in dimidio dierum meorum * vadam ad portas inferi.

Quaesivi residuum annorum meorum. * dixi: non videbo
 Deum meum in terra viventium.
Non aspiciam hominem ultra, * et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est, et convoluta est a me, * quasi
 tabernaculum pastorum.
Praecisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer,
 succidit me: * de mane usque ad vesperam finies me.
Sperabam usque ad mane: * quasi leo sic contrivit omnia
 ossa mea.
De mane usque ad vesperam finies me: * sicut pullus
 hirundinis sic clamabo: meditabor ut columba.
Attenuati sunt oculi mei, * suspicientes in excelsum.
Domine vim patior, responde pro me. * Quid dicam, aut
 quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos * in amaritudine ani-
 mae meae.
Domine si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, cor-
 ripies me, et vivificabis me: * ecce in pace amaritudo
 mea amarissima.
Tu autem eruisti animam meam ut non periret, * pro-
 jecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit
 te: * non expectabunt qui descendunt in lacum veri-
 tatem tuam.
Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie *
 pater filiis notam faciet veritatem tuam.
Domine salvum me fac, * et psalmos nostros cantabimus
 cunctis diebus vitae nostrae in domo Domini.

Requiem aeternam, &.

*Antiph.* A porta inferi erue Domine animam meam.




## PSALMUS 148.

Laudate Dominum de coelis: * laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes
 virtutes ejus.



Laudate eum sol et luna: * laudate eum omnes stellae
 et lumen.
Laudate eum coeli coelorum: * et aquae omnes, quae
 super coelos sunt, laudent nomen Domini.
Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit, et crea-
 ta sunt.
Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: * prae-
 ceptum posuit, et non praeteribit.
Laudate Dominum de terra, * dracones et omnes abyssi.
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quae
 faciunt verbum ejus.
Montes et omnes colles: * ligna fructifera, et omnes cedri.
Bestiae et universa pecora: * serpentes, et volucres
 pennatae.
Reges terrae, et omnes populi: * Principes, et omnes
 judices terrae.
Juvenes, et virgines, senes cum junioribus laudent nomen
 Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.
Confessio ejus super coelum, et terram: * et exaltavit
 cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis ejus: * filiis Isràél, populo ap-
 propinquanti sibi.

*Hic non dicitur:* Requiem.

## PSALMUS 149.

Cantate Domino canticum novum: * laus ejus in Eccle-
 sia sanctorum.
Laetetur Israel in eo, qui fecit eum: * et filii Sion exul-
 tent in Rege suo.
Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, et psalte-
 rio psallant ei.
Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * et exaltabit
 mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: * laetabuntur in cubilibus suis.
Exaltationes Dei in gutture eorum: * et gladii ancipites
 in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in
 populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: * et nobiles
 eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum: * gloria haec est omnibus sanctis ejus.

*Hic non dicitur:* Requiem.

## PSALMUS 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.
Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.
Laudate eum in sono tubae: * laudate eum in psalterio, et cithara.
Laudate eum in tympano, et choro: * laudate eum in chordis et organo.
Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem aeternam &c.

*Antiph.* Omnis spiritus laudet Dominum.



℣. Audivi vocem de coelo dicentem mihi,
℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

## AD BENEDICTUS ANTIPHONA.















Benedictus Dominus Deus Israel, * quia visitavit et fecit redemptionem plebis suae.
Et erexit cornu salutis nobis, * in domo David pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a saeculo sunt, prophetarum ejus.
Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * et memorari testamenti sui sancti.
Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis.
Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.
In sanctitate et justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.
Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: * praeibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.
Ad dandam scientiam salutis plebi ejus * in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto.
Illuminare his, qui in tenebris et in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Requiem aeternam &c.

*Antiph.* Ego sum resurrectio, et vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum.

*Deinde:* Pater noster. — *Reliquum secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.

## PSALMUS 129.

*Hic Psalmus non dicitur:* in die Comm. OO. Fidelium defunctorum, et in die Obitus vel Depositionis defuncti, *sed statim post:* Et ne nos inducas, *dicitur:* ℣. A porta inferi: *in aliis autem diebus semper dicitur, etiamsi sit dies 3, 7, 30, vel Anniversarium. Idem de Psalmo* Lauda anima, *in vesperis.—Si officium sit pro uno in fine Psalmi* De profundis, *et alterius* Lauda, *dicitur:* Requiem aeternam dona ei Domine—*et in versiculis:* Erue animam ejus; Requiescat.

De profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuae intendentes, * in vocem deprecationis meae.
Si iniquitates observaveris Domine * Domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est * et propter legem tuam sustinui te Domine.
Sustinuit anima mea in verbo ejus * speravit anima mea in Domino.
A custodia matutina usque ad noctem * speret Israel in Domino.
Quia apud Dominum misericordia: * et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam dona eis Domine,
Et lux perpetua luceat eis.

℣. A porta inferi,
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requiescant in pace, ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum Spiritu tuo.

*Oratio conveniens videatur supra* pag. 107.



# MISSA

## PRO DEFUNCTIS.

### INTROITUS.



KYRIE.




TRACTUS.








## SEQUENTIA.

*1 Chorus.*



**D**ies irae dies illa. Solvet sae clum in favilla



Te ste David cum Sybilla.

*2 Chorus.*



**Q**uantg tremor est futu rus qudo judex est venturus



cuncta stricte discussu rus.

*Chorus 1.*

**T**uba mirum spargens sonum,
Per sepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.

*Chorus 1.*

Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus judicetur.

*Chorus 1.*

Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Cum vix justus sit securus.

*Chorus 2.*

**M**ors stupebit et natura
Cum resurget creatura,
Judicanti responsura.

*Chorus 2.*

Judex ergo cum sedebit,
Quidquid latet, apparebit,
Nil inultum remanebit.

*Chorus 2.*

Rex tremendae majestatis,
Qui salvandos salvas gratis,
Salva me fons pietatis.



*Chorus 1.*

Recordare Jesu pie,
Quod sim causa tuae viae
Ne me perdas illa die.

*Chorus 1.*

Juste judex ultionis,
Donum fac remissionis,
Ante diem rationis.

*Chorus 1.*

Qui Mariam absolvisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.

*Chorus 1.*

Inter oves locum praesta,
Et ab hoedis me sequestra,
Statuens in parte dextra.

*Chorus 1.*

Oro supplex et acclinis,
Cor contritum quasi cinis;
Gere curam mei finis.

*Chorus 2.*

Quaerens me, sedisti lassus,
Redemisti, crucem passus,
Tantus labor non sit cassus.

*Chorus 2.*

Ingemisco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus,
Supplicanti parce Deus.

*Chorus 2.*

Preces meae non sunt dignæ:
Sed tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne.

*Chorus 2.*

Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.

*Chorus 2.*

Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex favilla,
Judicandus homo reus,
Huic ergo parce Deus.



**P**ie Jesu Do mine! dona eis requiem



A men.

OFFERTORIUM.














## SANCTUS.













## AGNUS.


























# ORDO SEPELIENDI ADULTOS.

## EXPORTATIO DEFUNCTI.

*Sacerdos, antequam cadaver efferatur, illud aspergit, mox incipit Antiphonam:* Si iniquitates observaveris, *et statim dicit:* De profundis *(stando): In fine.* Requiem aeternam &. *deinde repetit Antiphonam totam:* Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit; *qua finita intonat Antiphonam:* Exultabunt Domino, *et Cantores mox incipiunt* Ps. Miserere.




*Vel tono sequenti.*




*Ps. Miserere* vide pag. 144.



*In ingressu in Ecclesiam:* Requiem aeternam ℣. *et repetitur Antiphona tota:* Exultabunt Domino ossa humiliata. *Si non statim futura sit sepultura, canitur sequens*

RESPONSORIUM.






*Si delati in Ecclesiam cadaveris statim futura sit sepultura, tunc loco:* Subvenite, *canitur responsorium:* Libera me ℣. *prout infra ponitur. Item, si delato in Ecclesiam cadavere, statim canendum sit Officium Defunctorum, post repetitam antiphonam:* Exultabunt, *statim intonatur invitatorium:* Regem cui omnia vivunt &.



## CONDUCTUS ET SEPULTURA.

*Finita Missa, Sacerdos deposita casula et manipulo, accipit pluviale nigri coloris, et Subdiaconus accipit crucem et accedit ad feretrum* (quod ita fuit depositum, ut defuncti pedes, si fuerit laicus, sint versus altare, si vero fuerit Sacerdos, caput ipsius sit versus altare) *ibique se sistit ad caput defuncti, medius inter duos acolythos; deinde sistit se Clerus circumcirca, Sacerdos vero cum Diacono confert se ad pedes defuncti ex opposito crucis, retro astantibus ei a sinistris duobus officialibus, uno cum thuribulo et navicula, altero cum aqua benedicta, et cæremoniario, tenente librum, absolute incipit sequentem orationem.*

Non intres in judicium cum servo tuo Domine, quia nullus apud Te justificabitur homo, nisi per Te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum quaesumus, Tua judicialis sententia premat, quem Tibi vera supplicatio fidei christianae commendat: sed gratia Tua illi succurrente, mereatur evadere judicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo sanctae Trinitatis. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

### RESPONSORIUM.











*Sacerdos, circa finem Responsorii, ponit incensum in thuribulum; et finito responsorio, ab eodem Sacerdote vel a cantoribus, praecinitur:* Kyrie elejson, *Chorus vero respondet:* Christe elejson, Kyrie elejson, *in tono sequenti.*




*Mox alta voce dicit Sacerdos:* Pater noster, *reliquum secreto dicitur, et interim Sacerdos incensat corpus defuncti, et aspergit aqua benedicta, quibus peractis cantat sequentia respondente choro.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requiescat in pace, ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad Te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

## OREMUS.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere, Te supplices exoramus pro anima famuli tui N. *(vel famulae tuae N.)* quam de hoc saeculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a Sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduci; ut quia in Te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Postea sequens cantatur Antiphona.*


In paradisum deducant te An geli: in tuo


adven tu suscipiant te martyres, et perducant te


in civi tatem sanctam Jerusalem cho rus ange-


lorum te suscipiat, et cum La za ro quondam


paupere aeternam ha beas requiem.



*Deinde celebrans intonat Antiphonam:* Ego sum: *Mox incipit canticum:* Benedictus: *et corpus defertur ad sepulchrum.*


Ego sum. Bene dictus Dominus


Deus Is ràël* quia visitavit, et fecit redem-


ptionem plebis su ae.

*Cant. hoc vide* pag. 151.

*In fine:* Requiem &. *et repetitur Antiphona tota:* Ego sum: *Interim, si sepulchrum non sit benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens sequentem orationem.*

## OREMUS.

Deus, cujus miseratione animae fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, eique angelum tuum sanctum deputa custodem, et quorum quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in Te semper cum Sanctis tuis sine fine laetentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Dicta oratione, aqua benedicta aspergat, deinde incenset corpus defuncti et tumulum.*

*Finita Antiphona:* Ego sum, *Sacerdos canit sequentia, respondente choro.*

℣. Kyrie elejson.
℟. Christe elejson, Kyrie elejson.

Pater noster: *reliquum dicitur secreto, interea aspergitur corpus defuncti, deinde:*

℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi,
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad Te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

## OREMUS.

Fac quaesumus Domine, hanc cum servo tuo defuncto misericordiam, ut factorum suorum in poenis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem: ut sicut hic eum vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Si fuerit foemina, dicatur.*

## OREMUS.

Fac quaesumus Domine, hanc cum serva tua defuncta misericordiam, ut factorum suorum in poenis non recipiat vicem, quae tuam in votis tenuit voluntatem: ut sicut hic eam, vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eam tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Requiem aeternam dona ei Domine,
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
℣. Anima ejus, et animae omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.
℟. Amen.



*Denique demisso corpore in tumulum Sacerdos terram injicit dicens:*

De terra formasti me et carne induisti me, resuscita me in novissimo die Redemptor meus Domine.

*Postremo canitur.*



Salve Regi na, Ma ter mise ricor diae. Vita dulcedo, et spes nostra salve. Ad te clamamus exules, filii Hevae. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrymarum valle. Eja ergo advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Jesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, o pia, o dulcis virgo Maria.

## CONDUCTUS ABSENTE CORPORE.

Responsorium: *Libera me Domine*, et cum versiculis, Oratio: *Absolve quæsumus Domine*, pag. 107, vel alia conveniens. Deinde: Requiem aeternam dona ei Domine. Requiescat in pace. Salve Regina.

## ORDO EXEQUIARUM BREVIOR.

*Cum Corpus defuncti domo effertur, cantatur Responsorium:* Libera me Domine &. *Cum autem ad Ecclesiam, vel Cœmeterium delatum fuerit, canitur Responsorium:* Qui Lazarum ℣. *cum suo versu, et* Requiem aeternam ℣.

*Quo finito, Sacerdos cum aliis, si commode poterit, genuflexus, dicit tono consveto, lugubri:*

℣. Kyrie elejson, ℟. Christe elejson.
Kyrie elejson. — *Pater noster* &.
℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi,
℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescat in pace, ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum Spiritu tuo.

*Deinde assurgendo prosequitur:*

**OREMUS.**

Omnipotens sempiterne Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es, dum te jubente, pulvis redit in pulverem: tu imaginem tuam eidem corpori, virtute resurrectionis tuae reddendam, cum Sanctis, electis tuis, aeternis sedibus praecipias sociari. Per Dominum nostrum etc. ℟. Amen.

***Deinde defuncto in tumulum demisso, Sacerdos aspergat illum aqua benedicta, et parum terrae inijciendo, dicat:***

**D**e terra formasti me Domine, et carne induisti me: resuscita me in novissimo die, Redemptor meus Domine.

*Is ordo adhiberi potest dum Sacerdos invitatur ad corpus sine cantu et solemnitate exequiarum sepeliendum, sive ut vulgo dicitur aspergendum.*

## CONDUCTUS QUI CASTRUM DOLORIS DICITUR.

Absolvitur a celebrante Praelato, et quatuor aliis Praelatis vel Canonicis, quorum *junior* sedet in angulo feretri ad pedem dextrum; *alius post eum* in angulo ad humerum sinistrum; *tertius* ad pedem sinistrum; *quartus* dignior, ad humerum dextrum. *Prælatus celebrans* ad caput defuncti vel feretri, ex adverso crucis. *Primo* incipit celebrans ab oratione: *Non intres*, pag. 165 post quam cantatur. 1) Responsorium: *Subvenite*, pag. 163. Finito hoc responsorio, a Cantoribus intonatur *Kyrie elejson*, et chorus respondet, *Christe elejson, Kyrie elejson.* Sequitur *Pater noster:* aspersio, incensatio, et cum versiculis oratio, a digniori Praelato, qui ad angulum dextrum capitis sedebat, *ex Pontificali Romano* persolvenda.



Cantatur 2) Responsorium: *Qui Lazarum*, pag. 120, et eodem modo caetera complentur, ab alio digniori. 3) Cantatur Responsorium: *Domine quando veneris*, pag. 121. 4) Cantatur Resp. *Ne recorderis*, pag. 130, et quartus junior Praelatus justa persolvit. His quatuor Praelatis vel Canonicis, dum suo officio funguntur, iidem adsistunt officiales qui erant ad latus Praelati celebrantis. Scilicet: *Diaconus, Subdiaconus, Cæremoniarius, Thuriferarius, et Clericus cum aqua lustrali,* circa finem primi responsorii, accedunt ad latus dignioris Praelati, eique assistunt; circa finem secundi responsorii ad alium, et sic consequenter. 5) Denique cantatur Resp. *Libera me Domine*, pag. 165. Post quod ipse celebrans exequias complet ut in communi conductu, et sepultura (si sit corpus praesens).

---

# ORDO SEPELIENDI PARVULOS.

**EXPORTATIO.**

*Sacerdos aspergit corpus aqua benedicta, deinde intonat Antiphonam:*



*Et statim intonatur Psalmus:* Laudate pueri, *ut sequitur.*

**S**it no men Domini bene dictum.



**L**audate pueri Dominum laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum,* ex hoc nunc et usque in saeculum.
A solis ortu usque ad occasum,* laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes Gentes Dominus,* et super coelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in coelo et in terra?
Suscitans a terra inopem: * et de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum laetantem.
Gloria Patri, &c.

*Si tempus superest, cani potest: Ps.* Beati immaculati, *item:* Laudate Dominum de coelis, *pag. 148. Demum in Ecclesia repetitur Antiphona.*



Sit nomen Domini be ne di ctum ex hoc nunc et



us que in saeculum.

*Si statim fieri debeat conductus et sepultura, intonatur Antiphona:* Hic accipiet: *et decantantur reliqua, ut infra ponitur, pag. 176.*

## MISSA IN SEPULTURA PARVULI.

*Sub tempus Missæ, quæ non pro parvulorum suffragio sed ad intentionem parentum, aut propriam, in colore albo legitur, canuntur Litaniæ Lauretanæ.*



Ky rie elejson. ℟. Christe elejson, Kyrie elejson.
Christe audi nos, Xste exaudi nos, Xste exaudi nos.



Pater de Coelis Deus 1) Miser. nob.
Fili Redemptor Mundi Deus,
Spiritus S. Deus,
S. Trinitas unus Deus,
S. Maria, Ora pro nobis,
S. Dei Genitrix,
S. Virgo Virginum,
Mater Christi,
Mater Divinae gratiae,
Mater Purissima,
Mater Castissima,
Mater Inviolata,
Mater Intemerata,
Mater Amabilis,
Mater Admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo Prudentissima,
Virgo Veneranda,
Virgo Praedicanda,
Virgo Potens,
Virgo Clemens,
Virgo Fidelis,
Speculum justitiae,
Sedes Sapientiae,
Causa nostrae laetitiae,
Vas Spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa Mystica,
Turris Davidica,
Turris Eburnea,
Domus Aurea,
Foederis Arca,
Janua Coeli,
Stella Matutina,
Salus Infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Ragina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina SS. Omnium,
Ora pro nobis.

Agnus Dei qui tollis peccata Mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata Mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata Mundi, Miserere nobis.
Kyrie elejson, Christe elejson, Kyrie elejson.

### *Hymnus ad Angelos Custodes.*



1. Cu sto des ho mi num psalli mus An ge los,
2. Nam quod corruerit Prodi tor An ge lus,
3. Huc Custos i gi tur per vi gil ad vo la,
4. Sancte sit Tri a di La us pia ju gi ter

1) In longioribus versib. primae syllabae canunt. in *Fa*, ultimae juxta reliquas notas.



1. Na tu rae fra gi li, quos Pater ad di dit
2. Con ces sis me ri to pulsus ho no ri bus,
3. A ver tens Pa tri a de Ti bi cre di ta,
4. Cu jus per pe tu o Nu mi ne machi na.



1. Coele stis co mi tes in si di an ti bus,
2. Ar dens in vi dia pel le re ni ti tur,
3. Tam morbos a ni mi quam requi e sce re,
4. Tri plex haec regitur cu jus in o mni a.



1. Ne suc cum be rent ho sti bus,
2. Quos coe lo De us ad vo cat,
3. Quid quid non si nit in co las,
4. Re gnat glo ri a sae cu la.

## CONDUCTUS ET SEPULTURA.

*Intonatur a Sacerdote sequens antiphona, et cantores mox incipiunt Psalmum:* Domini est terra.



Hic ac ci piet. Do mi ni est terra et pleni-



tudo ejus, orbis terrarum et universi qui habitant in eo.



Quia ipse super maria fundavit eum * et super flumina praeparavit eum.
Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?
Innocens manibus, et mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo:
Hic accipiet benedictionem a Domino, * et misericordiam a Deo salutari suo.
Haec est generatio quaerentium eum, * quaerentium faciem Dei Jacob.
Attollite portas principes vestras: et elevamini portae aeternales: * et introibit Rex gloriae.
Quis est iste Rex gloriae? * Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio.
Attollite portas principes vestras. et elevamini portae aeternales: * et introibit Rex gloriae.
Quis est iste Rex gloriae? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriae. — Gloria Patri &c.

*Deinde repetitur Antiphona.*



Hic ac ci piet benedictionem a Domino et



misericordiam a Deo salu tari suo, quia



haec est gene ratio quaerentium Dominum.

*Finita Antiphona canuntur sequentia.*

℣. Kyrie elejson. ℟. Christe elejson. Kyrie elejson.
Pater noster: *reliqua secreto et interea corpus aspergitur.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Me autem propter innocentiam suscepisti.
℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

### OREMUS.

Omnipotens et mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte baptismatis, dum migrant a saeculo, sine ullis eorum meritis vitam illico largiris aeternam, sicut hodie animae hujus parvuli credimus Te fecisse: fac nos quaesumus Domine per intercessionem Beatae Mariae semper Virginis, et omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis Tibi mentibus famulari, et in paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Finita oratione Sacerdos incipit antiphonam, et cantores mox incipiunt Ps.* Laudate Dominum de coelis: *et corpus portatur ad tumulum, et etiamsi tunc non portetur idem canitur.*



Ju venes et virgines, Lauda te Dominum



de coelis laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes Virtutes ejus.
Laudate eum sol et luna: * laudate eum omnes stellae et lumen.
Laudate eum coeli coelorum: * et aquae omnes quae super coelos sunt laudent nomen Domini.



Quia ipse dixit et facta sunt: * ipse mandavit et creata sunt.
Statuit ea in aeternum: et in saeculum saeculi: * praeceptum posuit et non praeteribit.
Laudate Dominum de terra: * dracones et omnes abyssi.
Ignis grando, nix glacies, spiritus procellarum: * quae faciunt verbum ejus.
Montes et omnes colles: * ligna fructifera et omnes cedri.
Bestiae et universa pecora: * serpentes et volucres pennatae.
Reges terrae et omnes populi: * Principes et omnes judices terrae.
Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.
Confessio ejus super coelum et terram: et exaltavit cornu populi sui.
Hymnus omnibus Sanctis ejus: * filiis Isràël populo appropinquanti sibi.
Gloria Patri &c.
Sicut erat &c.



Ju venes et Virgines, senes cum junioribus,



laudent nomen Domini.

*Deinde decantantur sequentia*

℣. Kyrie elejson. ℟. Christe elejson. Kyrie elejson. Pater noster &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Sinite parvulos venire ad me,
℟. Talium est enim regnum coelorum.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

## OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, sanctae puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad coelorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es, digneris etiam Domine ita nobiscum misericorditer agere; ut meritis tuae sanctissimae passionis, et intercessione Beatae Mariae semper Virginis, et omnium Sanctorum tuorum, in eodem regno nos cum omnibus Sanctis, et electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

*Deinde Sacerdos corpus aspergat, et thurificet, similiter et sepulchrum.*

*Denique canitur hymnus, stando.*



A ve maris stella, De i mater al ma,
Sumens illud A ve Ga bri e lis o re,
Sol ve vincla re is Profer lumen coecis,
Monstra Te esse matrem Sumat per Te preces,
Vir go sin gu laris In ter o mnes mi tis,
Vi tam praesta puram I ter pa ra tu tum,
Sit la us Deo Pa tri, Summo Christo decus.



Atque semper virgo, Felix coe li, felix coeli porta.
Funda nos in pace mutans Evae mutans Evae nomen.
Mala nostra pel le, bona cuncta bo na cuncta posce.
Qui pro nobis natus tu lit esse tu lit esse tuus.
Nos cul pis solutos, mites fac et mites fac et castos.
Ut videntes Jesum semper collae: semper collaetemur
Spiri tui sancto, tribus honor tribus honor unus.

---



# PROCESSIO

## PRO FIDELIBUS DEFUNCTIS.

---

*Absolvitur in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, pridie statim post vesperas defunctorum, et ipsa die finita Missa. Fit cum aspersione, et thurificatione sepulchrorum seu coemeterii, et campanarum pulsu, ad stationes interrupto. In primo progressu cantatur sequens Antiphona.*



Ab sol ve Do mine a nimas



eo rum ab omni vin culo



de li cto rum, non eas



tor mentum mor tis at



tingat. * Non reorum ca te na constrin-




*Ad primam Stationem.*

℣. Kyrie elejson. ℟. Christe elejson. Kyrie elejson.
Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requiescant in pace, ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad Te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.



## OREMUS.

Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos pontificali, seu Sacerdotali, et Clericali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Ad secund. Stationem.* ℟. Credo quod Redem: *pag. 118.*

## OREMUS.

Deus, qui nos patrem et matrem honorare praecepisti, miserere clementer animabus patris ac matris meae, eorumque peccata dimitte, meque eos in aeterna claritate fac videre. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Ad tertiam Stationem* ℟. Qui Lazarum ℣. *pag. 120.*

## OREMUS.

Deus veniae largitor, et humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam, ut nostrae congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Ad quart. Stat.* Peccantem me quotidie, *pag. 136.*

## OREMUS.

Deus, cujus miseratione animae fidelium requiescunt; famulis et famulabus tuis omnibus hic et ubique in Christo quiescentibus: da propitius suorum veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine laetentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Ad quint. Stat.* ℟. Libera me, *pag. 142 vel 165.*

**OREMUS.**

Fidelium Deus omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

℣. Requiem aeternam dona eis Domine,
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requiscant in pace,
℟. Amen.—*Salve Regina, pag. 171.*

---

# PROCESSYJA

## NA DZIEŃ ZADUSZNY

PO POLSPU ŚPIEWANA.

---

*Hymn:* Dzień on, *śpiewa się jak: Dies iræ;* Dobry Jezu, *jak: Pie Jesu, (zobacz na karcie 156 i 157).*

### HYMN.

Dzień on dzień sądu Pańskiego,
Świat wproch zetrze, świadkiem tego,
Dawid z Sybilą wszystkiego.
Jako wielki tam strach będzie,
Gdy sam Bóg na sąd zasiędzie,
I roztrząsać wszystko będzie.
Trąba dziwny głos puszczając,
Groby ziemskie przenikając,
Wszystkich wzbudzi pozywając.
Dobry Jezu! a nasz Panie,
Daj im wieczne spoczywanie.

STACYJA 1.

℣. Kirye elejson. ℟. Chryste elejson. Kirye elejson.
Ojcze nasz &.



℣. I nie wwodź nas na pokuszenie,
℟. Ale nas zbaw odezłego.
℣. Od wrót piekielnych,
℟. Wybaw Panie dusze ich.
℣. Odpoczynek wieczny racz im dać Panie,
℟. A światłość wiekuista niechaj im świeci.
℣. Panie wysłuchaj modlitwy nasze,
℟. A wołanie nasze niech do Ciebie przyjdzie.

*Módlmy się.*

Boże, któryś między Apostoły i Kapłany, sług twoich na godność stanu kapłańskiego i biskupiego powołać raczył, daj im prosimy Cię, aby co prędzéj w chwale niebieskiéj wspólnie z Apostołami twymi cieszyć się i chwalić Cię mogli. Przez Jezusa Chrystusa Pana naszego. ℟. Amen.

### HYMN.

Zdumieje się przyrodzenie
I śmierć, gdy wstanie stworzenie,
Na ostatnie rozsądzenie.
Księgi spisane wystawią,
Które każdą rzecz wyjawią,
Z czego na świat dekret sprawią.
Gdy tedy Sędzia zasiędzie,
Wszelka skrytość jawna będzie,
Kary żaden grzech nie zbędzie.
Cóż tam poczne człek mizerny,
Kto mi Patron będzie wierny,
Gdzie i świętych strach niezmierny?
Dobry Jezu &. *jak wyżéj.*

STACYJA 2.

℣. Kirye elejson. ℟ Chryste elejson. Kirye elejson.
Ojcze nasz, &. *jak wyżéj.*

*Módlmy się.*

Boże, któryś nam ojca i matkę czcić rozkazał, prosimy Cię serdecznie, zmiłuj się łaskawie nad duszam

rodziców naszych, racz im grzechy odpuścić, a nam daj ich w światłości oglądać. Przez Jezusa Chrystusa Pana naszego. ℟. Amen.

HYMN.

Królu Tronu straszliwego,
Który zbawić chcesz każdego,
Zbaw z łaski i mnie grzesznego.
Wspomnij Jezu Panie drogi,
Żem przyczyną twojéj drogi,
Nie zgubże mnie w on dzień srogi.
Szukałeś mnie spracowany,
Odkupiłeś ukrzyżowany,
Niech nie giną Twoje rany.
Sędzio Boże sprawiedliwy,
Nim przyjdzie Twój sąd straszliwy,
Bądź mi teraz miłościwy.
Dobry Jezu &c. *jak wyżéj.*

STACYJA 3.

℣. Kirye elejson. ℟. Chryste elejson, Kirye elejson.
Ojcze nasz, &c. *jak wyżéj.*

*Módlmy się.*

Boże, odpuszczenia dawco i ludzkiego zbawienia miłośniku, prosimy miłosierdzia twego, abyś braci sąsiedztwa naszego, krewnych, powinowatych i dobrodziejów naszych, a osobliwie miejsca tego, którzy już z tego świata zeszli, za przyczyną Panny Maryi i wszystkich świętych, do wiecznego błogosławieństwa doprowadzić raczył. Przez Jezusa Chrystusa Pana naszego. ℟. Amen.

HYMN.

Wzdycham jako obwiniony,
Wstyd mnie za grzech popełniony,
Bądź mi Boże przeproszony.
Tyś Magdalenie odpuścił,
Łotraś do łaski przypuścił,
Mnieś nadzieję z nieba spuścił.



Prośba ma niegodna tego,
Lecz sam z miłosierdzia swego,
Zbaw mnie od ognia wiecznego.
Dobry Jezu &c. *jak wyżéj.*

STACYJA 4.

℣. Kirye elejson. ℟. Chryste elejson. Kirye elejson.
Ojcze nasz, &c. *jak wyżéj.*

*Módlmy się.*

Boże, którego własność jest litować się zawsze i odpuszczać grzechy, prosimy Cię pokornie za duszami, których tu ciała przy tym kościele spoczywają, żebyś ich nie opuszczał, ale co prędzéj do wiecznéj ojczyzny przyjąć raczył, a co przez ułomność ciała żyjąc tu zgrzeszyli, to dobroć Twoja nieskończona niechaj to zastąpi, aby, ponieważ w tobie nadzieję mieli i wiarę, téj wiary i nadziei swéj skutek w zbawieniu swém odebrali. Przez Jezusa Chrystusa Pana naszego. ℟. Amen.

HYMN.

Daj mi miejsce z owieczkami,
Nie odłączaj mnie z kozłami,
Na prawicy staw z sługami.
Pohańbiwszy potępionych,
W ogień wieczny osądzonych,
Wezwij mnie do błogosławionych.
Proszę duchem uniżonym,
Sercem jak popioł skruszoném,
Bądź mi do końca Patronem.
Opłakanyż ten dzień będzie,
Kiedy się z prochu dobędzie,
Na sąd straszny człek mizerny,
Bądź mu Boże miłosierny.
Jezu Panie łaskawy,
Daj zmarłym pokój prawy.

### STACYJA 5.

***Stacyja ta, odprawia się w kościele około katafalku, z pokropieniem onego i incenzacyją.***

℣. Kirye elejson. ℟. Chryste elejson. Kirye elejson. Ojcze nasz, &. *jak wyżéj.*

*Módlmy się.*

Wiernych Boże wszystkich Stworzycielu i Odkupicielu Chryste Jezu, sług i służebnic twoich duszom racz dać odpuszczenie grzechów, aby zbawienia, którego sobie życzyli, za niegodnemi modlitwami naszemi dostąpić co prędzéj mogli, który żyjesz i królujesz na wieki wieków. ℟. Amen.



# INSTRUCTIO
## AD CANTUM CHORALEM.

---

**C**antus, quo Ecclesia ob ejus gravitatem et majestatem in Officio Divino utitur, tum *choralis* a choro, tum *gregorianus*, a S. Gregorio M. ejus olim reformatore, dicitur. Differt a *musicali* et *figurali* cantu, qui multisonus est, et ad mensuram compositus, cum ille sit unisonus, et sine mensura. Utriusque principia eadem ferme sunt, hic tamen sermo erit de cantu chorali tantum, magnopere Clericis necessario.

### *De tonis generatim, notis, scala, clavibus.*

Cantus nihil aliud est, quam quaedam modulatio vocis humanae, cum flexione sursum vel deorsum, gradatim vel per saltum. Toni quibus haec modulatio efficitur numerantur septem. Toni signantur figuris, quae *notae* appellantur. In cantu chorali toni ac notae, iisdem appellantur syllabis, nempe istis: *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, Si.* In cantu Musicali C. D. E. F. G. A. H. vel C. D. E. F. G. A. B. Diversitas et ordo tonorum, optime exprimitur in *scala* ad hoc excogitata, quae ex quatuor lineis horizontalibus et parallelis componitur; sic enim cuilibet tono propria assignatur sedes. Cum vero toni ac notae, fixum locum in scala non habeant, ut tonorum diversitas et ordo certo semper cognosci queant, ponuntur in *scala* duo signa, quae vocantur *claves regulantes.* Prima clavis *Fa* seu *F.* vocatur, cujus signum est 𝄢 vel 𝄢 Haec clavis ad regulandos tonos inferiores, quae *Bassuales* in cantu figurali dicuntur, inservit. Secunda clavis *C.* sive *Ut* dicitur, et regulandis tonis superioribus inservit: ejus signum *C.* vel 𝄡 Quandoque nonnisi una ex his clavibus ponitur, et sufficienter ordinem tonorum indicat; quod tunc praecipue fit, cum vel solae notae inferiores, vel solae superiores in cantu ponuntur.

In cantu chorali post septem tonos, iidem iterum reassumuntur, seu post *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, Si,* sequitur *Ut* (Octava) *re, mi, fa, sol,* &. Eo in casu, dum scilicet cantus supra octavam ascendit, claves in lineis inferioribus collocantur; vel additur quinta lineola, ut in nostro Cantionali saepius factum videri potest. Hoc commodius videbatur, ne mutatio clavium, in una eademque cantilena, in errorem induceret.

### *Scala.*




### *Ascensus supra octavam.*




Cum toni infra *Ut* bassuale descendunt, clavis *Fa* in tertia collocatur linea, vel inferius lineola adscribitur, et tonorum ordo in isto descensu est retrogradus, ut in sequenti scala ostenditur.




Scalam debemus *Guidoni Aretino* S. Benedicti monacho, qui anno 1022 eam excogitavit, ex lineis et notis a se compositam, et notas signavit syllabis istis: *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La,* totidem tonos exprimentibus, quas ille ex



initio Hymni de S. Joanne Baptista accepit, primas versiculorum syllabas decerpendo. En hymni hujus initium:

> *Ut* queant laxis,
> *Re*sonare fibris,
> *Mi*ra gestorum,
> *Fa*muli tuorum,
> *Sol*ve polluti,
> *La*bii reatum, Sancte Joannes.

Septimum tonum ac notam adjecerunt deinceps Galli, quam appellaverunt *Si* et in cantu molli *Za*. Scalae hujusmodi inventio maximam attulit cantui facilitatem, ita ut paucis mensibus puer etiam rudis addiscere possit, quod homo grandaevus, magnoque pollens ingenio, vix pluribus annis addiscere potuisset. Antiquior enim musica, pro notis, literas tantum graecas vel latinas habuit, nunc rectas nunc inversas, nunc alio situ super verba canenda, sine scala, uno tractu collocatas. Moderni in Italia musici, in locum syllabae *Ut* malunt syllabam *Do* substituere, quae scilicet integrum et initialem istum tonum exprimit perfectissime.

### *De tonis et semitonis.*

Quamvis septem has voces *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, Si,* initio tonos simpliciter appellavimus: sciendum tamen est, non omnes eundem sonum in cantu habere. Ab eo, qui scalam probe intonaverit, aut ab instrumento pulsato, cognosci potest facile, aliam esse distantiam soni inter *Mi. Fa,* quam inter *Ut Re, Re Mi:* aliam similiter inter *Si Ut* (Oct.) quam inter *Fa Sol, Sol La, La Si.* Nimirum: *Mi,* propius accedit ad *Fa,* quam *Ut* ad *Re, Re* ad *Mi;* item propius *Si* ad *Ut,* quam *Fa* ad *Sol, Sol* ad *La, La* ad *Si.* Adeoque.

### *Mi et Si semitonice canuntur.*

Id est, ad paulo altiorem, seu acriorem sonum attolluntur; contra vero, *Ut, Re, Fa, Sol, La,* justum sive plenum sonum retinent. Hoc tamen *observa,* ex tonis posse fieri semitonos, id est ad paulo altiorem sonum posse tonos attoli, quod etiam in cantu chorali, raro

licet, accidit. — Item *observa*, quod *La* mixti sit toni; id est: ante *Si* est tonus: ante *Za* est semitonus.—Semitoni quoque ad tonum reduci possunt, quod tamen in cantu chorali usus non fert, nisi in cantu bemollari, de quo statim dicam.

## *De Cantu durali.*

Jam dictum est supra, *Si* semitonice, adeoque acrius duriusque cani, unde cantus in quo *Si* occurrit, *durus*, item *duralis* dicitur. Hujus signum ♯ vel ♮ quod B. *quadratum*, item *diaesis* appellatur. — Signum hoc ab initio scalae positum, denotat in tota cantilena, *Si* canendum: pariter cum nullum sit appositum. Fit vero, ut ab initio sit signum cantus bemollaris, ad quandam tamen notam sit diaesis apposita: tunc ea tantum nota semitonice canitur.—Supra dictum est, ex tonis posse fieri semitonos: haec mutatio etiam B. quadrato, sive diaesi, notatur. Sic in initio intonationis Psalmorum toni quarti, dum canitur *La Sol La*, diaesi *Sol* notari debet.

## *De Cantu bemollari.*

*Za* mollius sonat quam *Si* (de sono non de syllaba intelligo) quare cantus in quo pro *Si* canitur *Za*, *mollis* dicitur, item *bemollaris*, cujus signum est ♭ et B. molle appellatur. Ab initio scalae positum, totam cantilenam molliter, id est per *Za*, canendam indicat. Interijcitur quandoque in cantu durali, et tunc eae tantum notae per *Za* canendae, quibus hoc signum praefixum est.— Simul *observa*, quod B. molle *Si* mutans in *Za*, semitonum ad tonum reducit. Quare si aliud semitonium egr. *Mi* ad tonum reducendum esset, eodem signo utendum foret. Mutationes in medio cantilenarum inductae sunt, ad evitandam nimis rudem concordiam, et conservandam harmoniam cantus amaeniorem.

## *Regulae pro B. molli.*

Quandoque in cantilena durali, signum B. molle ubi opportunum esset, praetermissum est; ut itaque scias ubi loco *Si*, est *Za* accipiendum, sequentes regulas accipe. *Primo:* plerumque canendum *Za* inter duo *La*. Dixi plerumque, nam regula isthaec non est stricte generalis, et ut hic simul praemoneam, locum non habet, in Responsorio pro Defunctis: *Credo quod Redemptor*, item in Respons. *Domine quando*, in Respons. *Domine secundum actum*. Generatim regula illa fallit, in tono tertio, septimo, octavo.— *Secundo:* canendum *Za* loco *Si*, quando ex *Fa* fit immediate ascensus in *Si*, sive gradatim sive per saltum: modo tamen hic ascensus in eodem tono terminetur, sive ad consistendum ibidem, sive ad delabendum. *Tertio:* canendum *Za*, cum post *La* aut post *Sol*, ex tono *Si* esset descensus in *Fa*, sive per saltum sive gradatim. *Quarto:* canendum *Za*, cum post *Si* sequeretur *Sol*, deinde *La*, ex quo delabendum esset in *Fa*. *Quinto* denique, auris bona judicabit de caeteris casibus.

## *Scala pro cantu durali.*



## *Scala pro cantu bemollari.*



## *Scala supra et infra Octavam.*



## *De intonatione Scalae.*

Intonatio scalae quam solmizationem appellant, primum est cantus fundamentum, a quo proinde Tyroni incipiendum est, et eo usque sese exercendum, donec probe eam didicerit; neque enim sine solmizatione rite percepta, et memoriae impressa, ulterius progredi licet absque

irreparabili damno. Solmizatio discenda est praeeunte idoneo magistro, aut saltem musico instrumento. Consultum est, ut Tyro imprimis in scala durali exerceatur, et deinde in bemollari, sic enim utriusque discrimen facilius cognoscet, et utrique assuescet. Deinde exerceatur in scala supra et infra Octavam.

### *Modus canendi scalam per transmutationem.*

Scala septem retinens syllabas: *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, Si* vel *Za,* qualem hucusque consideravimus, simplicior est, et cantui chorali magis accomodata aliis omnibus, ut vel ipso intuitu patet, quodque jam olim viri periti demonstraverunt; itaque hanc esse in exercitio et usu adhibendam, nemo contradicet. Tamen juvabit forsitan, hanc nostram scalam ita simplicem, cum alia, qua praesertim Itali utuntur, comparare; ex hac enim comporatione spero a Tyrone magis cognitam et penetratam fore naturam scalae nostrae, quod in cantu sese exercitanti multum proderit.

*Scala pro can. bemol.* *Pro cantu durali.*



Ut Re Mi Fa, ut re mi fa sol. Ut Re Mi Fa Sol, ut re mi fa.

Vides scalas istas, ex repetitione eorundem initialium tonorum formatas. Scilicet scalam duralem loco *Sol, La, Si, Ut,* habere *Ut. Re, Mi, Fa,* et scalam bemollarem loco *Fa, Sol, La, Za, Ut,* habere *Ut, Re, Mi, Fa, Sol,* adeoque:

| *In cantu durali.* | | | *In cantu bemollari.* | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Sol | *valet* | Ut | Fa | *valet* | Ut |
| La | » | Re | Sol | » | Re |
| Si | » | Mi *(semit)* | La | » | Mi *(semit)* |
| Ut | » | Fa, et vicissim. | Za | » | Fa |
| | | | Ut | » | Sol et vicis. |

Ascensus super Octavam idem est, ut in scala nostra scilicet: *Ut* (Octava) deinde *re, mi, fa, sol.*



### *De cadentiis notarum.*

*Cadentiæ* sive saltus notarum, sunt septem. Cadentia *secunda* ubi una nota aliam immediate sequitur, sive per ascensum sive per descensum ex. gr. *Ut Re, Re Ut.* Cadentia *tertia* ubi una nota mediat ex. gr. *Ut Mi.* Cadentia *quarta* ubi duae mediant ex. gr. *Ut Fa.* Cadentia *quinta* ubi tres mediant ex. gr. *Ut Sol.* Cadentia *sexta* ubi mediant quatuor ex. gr. *Ut La.* Cadentia *septima* ubi mediant *quinque* ex. gr. *Ut Si.* Cadentia *octava* ubi inter duas extremas mediant notae sex ex. gr. *Ut, Ut.* Simpliciter appellantur: *secunda, tertia, quarta* &.

*Tertiae.*



*Quartae.*





*Quintae.*



*Sextae ascensus per quartas et tertias.*



*Septimae.*

Raro vel nunquam per saltum ponuntur, sed ascensus fieri potest per quartas vg. *Ut, Fa, Za,*



*Octavae ascensus per tertias et quartas.*



*Exercitatio supra et infra Octavam.*



## *De textu canendo, voce ejusque virtutibus et vitiis, respiriis, gustu, et vocis moderatione.*

Tyrones dum jam scalam et cadentias rite canunt, in canendo textu exercitandi sunt. Textus canitur, syllabas notis subjectas, in tono earundem notarum exprimendo. In cantu chorali, notae caudatae non habent syllabas suas, sed ad syllabas praecedentes pertinent. Textus incipientibus difficilior, in quo syllabae per plures continuandae seu volvendae sunt notas; consultius proinde est, ut in textu simplici, in quo totidem notae ac syllabae occurrunt, primum exerceantur. Non desunt in nostro Cantionali exempla talia, praecipue in hymnis. Inter prima quoque cantus exercitia, intonatio Psalmorum, per octo singulos tonos, ponenda est.

Vox in cantu chorali ita moderanda est, ut sonum efficiat justum ac naturalem. Vox rudior conatu, ad justum et meliorem sonum reducenda est. Vox ut justa efferatur, juvat nonnihil gutturis et oris compositio, id est: caput aliquantulum erectum, guttur haud compressum, os non nimium diductum et apertum: (ex quo cantus non clamor prodiret) pro necessitate plus minus com-

primendum, aperiendumve; halitus pulmonum non violentus, sed neque nimium debilis, aut effaeminatus.—Cantus item ne sit nimium altus, neque nimium demissus, sed mediocris, magis lentus, quam acceleratus; in majoribus solemnitatibus ad majorem majestatem exprimendam, nonnihil productior, tum in psalmis, tum in aliis cantilenis; in officio vero feriali, item in officio defunctorum, paulo rotundior et demissior.

Vitia in chorali cantu evitanda, haec sunt praecipua. *Primo*, vox affectata, effaeminata, violenta, clamosa, stridula, cum aliis vocibus dissona. *Secundo*, quaedam aspiratio, addita singulis notis, iis praecipue, quae sunt in nexu e. gr. *ha*, *ha*, *ha*, *he*, *he*, *he*. *Tertio*, cujusvis notae spiritu interrupto expressio, veluti *a*, *a*, *a*. Cantus itaque prosequendus est, ut ab una nota ad aliam, sit facilis quantum fieri potest transitus, ejusdem spiritus protensione, eousque, donec respirandum sit. Vox dissona, non emendata, ad chorum inepta. Qui tamen ea praediti sunt, non animum abijciant, sed conatu eam in ordinem redigant; et si id plane impossibile sit, tamen in cantu sese exercere debent, ob cantilenas addiscendas, quae ab uno canuntur, quales sunt: epistola, evangelium &. quae etiam dissona voce, non ingrate canuntur; enimvero, id tantum dissonae vocivitium est, cum aliis nonconvenire, et tunc molestam esse, solam vero aliquando etiam amaenam.

Respiria sine quibus cantus longius protendi nequit, sunt majora et minora. *Majora* in mediatione Psalmorum; in cantilenae partibus, in quas divisa est; in periodis. *Minora* in commatibus, aliisque incisis, tum etiam in verbis singularibus majori circuitu notarum signatis, aliquando etiam in syllabis longius productis.

Non inutiliter fortasse addam de gustu canendi, qui nihil aliud est quam affectuum animi justa expressio, verum sacrorum verborum characterem exhibens. Hoc ut fiat, cantor his verbis quae canit, sit intime affectus, quatenus eorundem sensum *(pietatis vel doloris &,)* in audientibus excitare possit; non enim canendi scopus est ipse cantus, seu ipsamet modulatio vocis, sed sensus verborum sacrorum expressio vividior, ex qua fideles ad devotionem, aliosque pios animi affectus excitarentur.—Isthaec porro animi sensa, non gestu corporis,



neque oculorum aut capitis motu, exprimuntur; quamquam enim id musicis et cantoribus profanis usitatum sit, a psalmodia tamen divina, quae cum omni modestia persolvenda est, longe abesse debet. Ut itaque Psaltes Ecclesiasticus, sacros animi affectus in cantu prodat, per varias et consonas vocum inflexiones et intensiones id efficere debet, id est: quasdam dulciori seu molliori, quasdam fortiori et duriori sono, quasdam promptius, alias tardius notas percurrendo, idque semper ad characterem, et sensum verborum sese conformando; neque tamen quidquam hacce in re affectatum esse debet. Quod speciatim intensionem et diminutionem vocis attinet: initio vox sit debilior, deinde insensibiliter augeatur, usque ad naturalem ejus virtutem; tum sensim sensimque imminuatur, usque in debiliorem et amaenum sonum recidat, scilicet adinstar soni campanae, aut chordae instrumenti musici. Hoc modo vox sonora et melodica efficitur; perito tamen opus est magistro, qui tyronibus exemplo praeeat, usumque vocis determinet, ne a naturali discedat, et ne in affectatam degeneret. Quandonam autem magis intendenda vel minuenda sit vox, de hoc firma regula haberi nequit: sed partim ex significatu verborum, partim ex cantilenae melodia conijciendum est. Hoc unum moneri potest: semitonia dulciori sono efferenda, cum natura sua paulo rudiora sint.

## *De intonatione Psalmorum.*

Tonos supra appellavimus septem illos initiales sonos, ex quibus scala componitur. Alia praeterea huic nomini *tonus*, significatio inest. Denotatur diversorum tonorum nomine, diversa natura cantilenarum, atque aliae dicuntur *ex primo tono*, aliae *ex secundo*, et ita deinceps, usque ad Octavum. Tyronibus hoc imprimis curandum, ut juxta hos singulos tonos Psalmos decantare, et eos conformiter cum antiphonis intonare sciant.

Unde vero cognoscendum sit, de quonam tono fuerit Antiphona? Id in cantu exercitati, ex ejusdem modulatione facile advertunt; sed praeterea antiphonis apponuntur signa, tonos antiphonarum et simul psalmorum indicantia; scilicet: *observanda est ultima antiphonae nota,*

quae vocatur *finalis:* deinde *subsequens post lineolam transversam,* quae vocatur *dominans:* atque ex his duabus, quinam sit tonus cognoscitur; scilicet:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Primus | ex finali | *Re* | et dominante | *La.* |
| Secundus | » | *Re* | » | *Fa.* |
| Tertius | » | *Mi* | » | *Ut.* |
| Quartus | » | *Mi* | » | *La.* |
| Quintus | » | *Fa* | » | *Ut.* |
| Sextus | » | *Fa* | » | *La.* |
| Septimus | » | *Sol* | » | *Re (sup. Oct.)* |
| Octavus | » | *Sol* | » | *Ut.* |

Idem hi versiculi designant: Prim: *Re La.* Sec. *Re Fa.* Ter. *Mi Ut.* Quart. quoque *Mi La.* Quint. *Fa Ut.* Sext. *Fa La.* Sept. *Sol Re.* Oct. tenet *Sol Ut.*

Dominantes notae vocantur, quod in illis Psalmus plerumque volvatur.

Sciendum praeterea quomodo Psalmi juxta singulos tonos incipiuntur et terminantur. Itaque *primus et sextus incipit* ab his notis: *Fa Sol La.* Secundus *Ut Re Fa.* Tertius et octavus *Sol La Ut.* Quartus *La Sol La.* Quintus *Fa La Ut.* Septimus *Ut Si Ut Re.* Ejusmodi intonatio *Solemnis* appellatur, et in usu est, dum antiphonae praeviae, integrae decantantur, etiamsi id fiat in officio defunctorum; nam in semiduplicibus et feriis, ubi antiphonae tantum incipiuntur, Psalmi incipiendi sunt ex suis dominantibus, excepto cantico *Magnificat* et *Benedictus,* qui semper solemniter incipiuntur. Postquam cantores Psalmum solemniter intonaverint, chorus sequentem stropham ex dominante jam prosequitur, excepto iterum Cantico *Magnificat* et *Bctus,* quorum singulae strophae solemniter incipiuntur.

Terminatur intonatio Psalmorum, juxta notas fini antiphonae adjectas, ac lineola separatas. Singulis his notis, ultimae in stropha syllabae substituendae sunt. Communiter sub his notis subscribuntur vocales: *Euouae,* quod denotat has voces: *saeculorum Amen.* Quandoque initium Psalmi subscribitur, ut Cantores illico advertant, quinam Psalmus sit canendus, et ita terminandus. In cantu Psalmorum in mediatione, monosyllabae eg. *me, te, tu, fac, da, nos,* &. item nomina propria indeclinabilia, vg. *Israel,* &. una nota supra dominantem attolluntur.



## *Tonus primus.*







*In semiduplicibus.*




## *Tonus secundus.*







*In semiduplicibus.*



## Tonus tertius.




*In semiduplicibus.*




## Tonus quartus.




*In semiduplicibus.*




## Tonus quintus.






*In semiduplicibus.*




## Tonus sextus.




*In semid. ut 1 tono.*

## Tonus septimus.







*In semid.*



*Tonus octavus.*



Dixit Dominus Domino me o* sede a dextris meis

*In semid.*



Magni ficat Bene dictus. Dixit Dominus ℣.

*Tonus peregrinus.*

*habet finalem* Sol, *dominantem* La.



In exitu Israël de Aegypto* Domus Jacob de-



populo barbaro.

*Versus post Hymnum ita cant.*



Amavit eum Do minus et ornavit eum.

*Versus post Antiphonas.*



Justus ut palma flore bit.





Domine la bi a mea a pe ri es.



Deus in ad ju to ri um meum in ten de.



Pater noster: Et ne nos inducas in tentati onem ;



Exaudi Domine Jesu Christe preces servorum



tu o rum, et miserere no bis, qui cum Patre et



Spiritu sancto vivis et regnas in saecula saeculo-



rum A men.




*Lectionis in matutino tonus solemnis.*









*Lectionis in matutino tonus ferialis.*




tres vestri, ita et vos. Quem prophe tarum non sunt
Interrogatio.
persecuti patres ve stri? Et occi derunt eos
qui praenuntiabant de ad ventu ju sti, cu jus
Duo puncta.
vos proditores et homicidae fuistis: qui accepistis
legem in dispo siti one angelo rum, et non custo-
di stis. Tu au tem &c.




Capitulum.
Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de
finis
Ec cle sia (et ita deinceps) apposuit ut apprehen-
deret et Petrum. Dominus vo bi scum. O re mus.
Orationis tonus solemnis.
comma.
De us, qui nobis sub Sacramento mi ra bi li,
duo puncta.
pas si o nis tuae memoriam reli quisti: tri-
bue quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui



sacra Mysteria vene rari: ut redemptionis tuae

*punctum.*



fructum in nobis jugi ter sentia mus. Qui vi-



vis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus

*duo puucta*



Sancti Deus: per omnia saecula saeculo rum.

*Orationis tonus ordinarius.*

*comma.*



Fac nos quaesumus Domine divi nitatis tuae sempi-

*duo puncta.*



terna fruiti one repleri: quam pretiosi cor-





poris et sanguinis tui temporalis percepti o

*punctum.*



prae fi gu rat. Qui vi vis et regnas cum Deo



Pa tre in uni tate Spiritus sancti Deus, per o-



mni a saecula sae cu lo rum.

*Tonus Lectionis.*



Lectio e pi stolae beati Pauli Apo stoli ad



Corinthios *vel* ad Corinthios. Lectio libri



Sa pien tiae. Beatus vir qui in ventus est sine

*duo puncta* vel *media nota.*



macula: et qui post aurum non ab iit nec speravit

*punctum.*



in pecunia et thaesauris, quis est hic, et lau da-

*interrogatio.*



bimus eum? fecit enim mira bili a in vi ta sua.

*finis.*



. . . i deo stabilita sunt bona illius in Do mino,

*fiuis.*



Et eleemosynas illius enarrabit o-



mnis ecclesia san cto rum.



## *Tonus lectionis in Missa defunctorum.*



Lectio libri Apocalypsis bea ti Joannis Apostoli.

Annot. *Ita punctum, cætera ut in exemplo epistolæ præcedentis.*

## *Tonus Evangelii.*



Sequentia Sancti Evangelii secun dum Matthaeum.

*duo puncta.*



In illo tem pore, dixit Jesus discipulis suis:



Vos estis sal ter rae. Quodsi sal e vanuerit, in quo

*interrogatio.*



sa li e tur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mit tatur



foras et conculcetur ab homi nibus. . . . Qui ergo



solverit unum de mandatis istis minimis, et docu-



erit sic homines, minimus vocabitur in regno coe-

*finis.*



lorum: qui autem fecerit et docu erit, hic



magnus vocabitur in regno coelo rum.

Quando in cantu frequentius recurrunt eaedem punctationes, scilicet: vel crebrae interrogationes, vel puncta, vel duo puncta: satius est, ut earum quaedam tanquam cominata efferrantur, id vero ad evitandam eorumdem onor um ingratam repetitionem.

## GLORIA.

*In Festo duplici.*



Glo ria in excelsis De o. Gloria in ex-





cel sis De o. Gloria in excelsis De o.

*In Domin. et semiduplic.*



Glo ria in excelsis Deo. Glo-



ri a in excelsis Deo. Glo ri a in ex-

*De Angelis.*



cel sis De o. Glo ri a in

*De Beata.*



ex celsis De o. Glo ria in

*In Missa Rorate.*



ex cel sis De o. Glo ria in excelsis De o

*in Nativit. Dni.* *Tempore Paschali.*



Glo ria in excelsis De o. Gloria in excel-



sis De o.

## CREDO.



Credo in unum De um. Cre do in unum De um.



Cre do in u num De um. Cre do in



unum De um. Cre do in unum De um.



Credo in unum De um.



## ITE MISSA EST.

1. 2.



I te missa est. I te
Benedica mus Do mino.

3. 4.



Missa est. I te missa est. Be ne-
Benedicamus Do mino



di ca mus Do-

5.



mino. I te
Be nedicamus Do-

6.



mis sa est. Benedica mus Do-
mino.




mino. I te
Be ne dicamus
7.
8.
mis sa est. I te missa est
Do mino.
9.
Benedica mus Do mino,
10. Lugubre.
Bene dica mus Do
vel Bene dica mus Do mino.
11.
mino. Be nedi ca mus




12.
Do mino. Be ne di-
I te
ca mus Do mino.
mis sa est.
13.
14.
I te missa est. I te missa est alle luja al-
15.
le luja. I te mis sa est.
16.
17.
Benedica mus Domino. Benedicamus
Do mino.


18.
Bene di ca mus Do
19.
mino. Benedica mus Do
20.
mino. Bene di ca-
mus Do
21.
mino. Be ne di ca mus Do
22.
mino. Bene di ca mus Do




23.
mino. Be ne di ca
mus Do
24.
mino. Bene di ca mus Do
25.
mino. Be ne dica mus Do
mino.
26.
Be ne di ca mus Do




27.




28.




Iisdem tonis, ut *benedicamus* potest cantari, *Ite missa est.*

---

# APPENDIX.

---

## FESTUM PURIFICATIONIS B. V. M.

---

*Finita benedictione, et inchoata distributione candelarum, a choro cantatur:*




*Canticum:* Nunc dimittis servum tuum Domine * secundum verbum tuum in pace. *Deinde repetitur tota antiph.* Lumen... *quæ similiter repetitur post quemlibet versum.*

Quia viderunt oculi mei * salutare tuum. *Lumen...* Quod parasti * ante faciem omnium populorum. *Lumen.* Gloria Patri... *Lumen...* Sicut erat... *Lumen...*

*Deinde cantatur:* Exurge, *ut in festo s. Marci pag. 36, quo finito, Celebrans cantat Orationem. Et si fuerit post Septuagesimam, et non in die Dominico, Diaconus dicit:* Flectamus genua, ℟. Levate.

### ORATIO.

Exaudi, quaesumus Domine, plebem tuam: et quae extrinsecus annua tribuis devotione venerari, interius assequi gratiae tuae luce concede. Per Christum Dominum nostrum. — ℟. Amen.

*In Processione.*

*Antiph.*









*Intrando Ecclesiam.*











## IN EPIPHANIA DOMINI.











# DIES CINERUM

## IN PROCESSIONE LITANIÆ DE OO. SANCTIS.

*Ministri intonant, chorus vero respondet.*






Pater de coelis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Mis...
Spiritus Sancte Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,
Sancta Maria, Ora pro nobis.
S. Dei genitrix, Ora...
S. Virgo virginum,



Sancte Mi cha el, O ra pro no bis,
Sancte Ga bri el, O ra...
Sancte Ra pha el...



Omnes Sancti Angeli et Archangeli, Ora te pro nobis.
Omnes S. Beatorum spirituum ordines, Orat...



Sancte Joannes Bap ti sta, O ra pro nobis.
Omnes S. Patriarchae et Prophetae, Orate...

Sancte Petre, Ora...
S. Paule,
S. Andrea,
S. Jacobe,
S. Joannes,
S. Thoma, Ora...
S. Jacobe,
S. Philippe,
S. Bartholomaee,
S. Mathaee,



Sancte Si mon, Ora...



Sancte Thad dae e, O ra pro nobis.

S. Mathia, Ora...
S. Barnaba,
S. Luca,
S. Marce,
Omnes ss. Apostoli et Evangeliste, Orate...
Omnes ss. Discipuli Domini, Orate...



Omnes ss. Innocentes,
S. Stephane, Ora...
S. Laurenti,
S. Vincenti,
S. Adalberte,
S. Stanislae,
S. Venceslae,
S. Floriane,
S. Casimire, Ora...
SS. Fabiane et Sebastiane, Orate...
SS. Cosma et Damiane, Ora.
SS. Gervasi et Protasi,
Omnes ss. Martyres, Orate..
S. Sylvester, Ora ..
S. Gregori,
S. Ambrosi,
S. Augustine,
S. Hieronyme,
S. Martine,
S. Nicolae,
Omnes ss. Pontifices et Confessores, Orate...
Omnes ss. Doctores, Orate..
S. Benedicte, Ora...
S. Antoni,
S. Bernarde,
S. Dominice,
S. Hyacinthe,
S. Francisce,
Omnes ss. Monachi et Eremitae, Orate...
Omnes ss. Sacerdotes et Levitae, Orate...
S. Maria Magdalena, Ora..
S. Anna,
S. Agatha,
S. Lucia,
S. Agnes,
S. Caecilia,
S. Catharina,
S. Anastasia,
S. Hedvigis,
S. Elisabeth,
S. Ursula cum sodalibus tuis, Orate...
Omnes ss. Virgines et Viduae, Orate...
Omnes Sancti et Sanctae Dei, Intercedite pro nobis.



Pro pi ti us esto, Parce nobis do mine.
Pro pi ti us esto, Exau di nos do mine.



Ab o mni malo, Li bera nos do mine.
Ab o mni peccato, Li bera...
Ab ira tua,
A subitanea et improvisa morte,
Ab insidiis diaboli,

Ab ira, odio, et omni mala voluntate,
A spiritu fornicationis,
A fulgure et tempestate,
A morte perpetua,
Per mysterium sanctae Incarnationis tuae, Libera nos.
Per adventum tuum, Lib...
Per nativitatem tuam,
Per baptismum et sanctum jejunium tuum,
Per crucem et passionem tuam,
Per mortem et sepulturam tuam,
Per sanctam resurrectionem tuam,
Per admirabilem ascensionem tuam,
Per adventum Spiritus sancti Paracleti,
In die judicii, Lib...



Pec ca to res, Te ro gamus audi nos.



Ut no bis parcas Te rog.

Ut nobis indulgeas, Te rog...
Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris,
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, et conservare digneris,
Ut domnum apostolicum, et omnes ecclesiasticos ordines, in sancta religione conservare digneris,
Ut inimicos s. Ecclesiae humiliare digneris,
Ut Regibus et principibus christianis pacem et veram concordiam donare digneris,
Ut cuncto populo christiano pacem et unitatem largiri digneris,
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, et conservare digneris,
Ut mentes nostras ad coelestia desideria erigas,
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas,



Ut animas nostras, fratrum, propinquorum et benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione eripias,
Ut fructus terrae dare et conservare digneris,
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris,
Ut nos exaudire digneris,



Fi li De i. Te rog...



Agnus De i qui tol lis pec ca ta mundi,
Agnus...
Agnus...



Parce nobis Domine.
Exaudi nos Domine.
Mise rere nobis.



Chri ste au di nos, Ky ri e e lej son.
Chri ste exau di nos, Chri ste e lej son,



Ky ri e e lej son.

## BENEDICTIO CINERUM

*Ante Missam benedicuntur Cineres; et primo cantatur sequens Antiphona.*




Gloria *eodem tono, Et repetitur an-* (*tiph.* Exaudi.



*In impositione cinerum, cantantur sequentes antiphonae cum Responsorio.*

*Antiph. 1.*



*Antiph. 2.*






*Responsorium.*






## PROCESSIO TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

*Singulis feriis secundis, quartis, et sextis, (nisi sit festum duplex) juxta antiquam hujus Provinciæ consvetudinem fit Processio cum Litaniis de OO. Sanctis. Et quidem primo cantatur antiphona* Exaudi nos, *ut supra pag. 234. Deinde.*

℣. Peccavimus Domine cum patribus nostris.
℟. Injuste egimus, iniquitatem fecimus.

### OREMUS.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Sequuntur Litaniæ. ut pag. 229.*

*In statione processionali, tempore* 40*mae et Adventus.*









℣. Tu es Petrus,
℟. Et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

*Oremus &.*

# DOMINICA PALMARUM.

*Ad Aspersionem, vide supra, pag. 10. Post aspersionem vero, in benedictione Palmarum, cantatur primo sequens Antiphona.*




*Finita Epistola, cantatur seq. Respons. loco Gradualis.*









*Idem alio tono.*











*Post Præfationem cantatur* Sanctus *et* Benedictus, *eodem tono, ut in Missa Defunctorum. Vide pag. 160.*

*Dum distribuuntur rami, cantatur a choro sequens Antiphona.*





a, et clamabant dicentes: Osanna Filio Da vid.



Benedictus qui ve nit in no mine Domini.

*Ad Processionem vide supra pag. 13.*

## COENA DOMINI.

### *In Matutinis Tenebrarum, ad Tropos.*

***Versus.***



Jesu Chri ste, qui pas surus ad ve



ni sti pro pter nos.



Qui pro pheti ce promi si sti: ero mors



tu a, o mors.





Qui ex pan sis in cru ce ma nibus traxi



sti o mnia ad te sae cula.

*Similiter in Matutinis Feriæ Sextæ et Sabbathi. Attamen Sabbatho, loco tertii ℣. canitur iste:*



Vi ta in li gno mo ritur, infer nus ex



mor su ex po li atur.

### IN DENUDATIONE ET LOTIONE ALTARIUM.

*Antiph.* Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

### PSALMUS 21.

Deus, Deus meus respice in me; quare me dereliquisti : longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies: et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas: laus Israel.

In te speraverunt patres nostri: speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo: opprobrium hominum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum.
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uberibus matris meae; in te projectus sum ex utero.
De ventre matris meae Deus meus es tu: ne discesseris a me.
Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adjuvet.
Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tanquam cera liquescens: in medio ventris mei.
Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis: et in pulverem mortis deduxisti me.
Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas et pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea.
Ipsi vero consideraverunt, et inspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.
Tu autem domine, ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice.
Erue a framea Deus animam meam: et de manu canis unicam meam.
Salva me ex ore leonis: et a cornibus unicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiae laudabo te.
Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob glorificate eum.
Timeat eum omne semen Israel: quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis.
Nec avertit faciem suam a me: et cum clamarem ad eum exaudivit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes et saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum: vivent corda eorum in saeculum saeculi.



Reminiscentur, et convertentur ad Dominum: universi fines terrae.
Et adorabunt in conspectu ejus: universae familiae gentium.
Quoniam Domini est regnum: et ipse dominabitur gentium.
Manducaverunt, et adoraverunt omnes pingues terrae: in conspectu ejus cadent omnes, qui descendunt in terram.
Et anima mea illi vivet: et semen meum serviet ipsi.
Annuntiabitur Domino generatio ventura: et annuntiabunt coeli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

*Antiph.* Diviserunt.

## IN LOTIONE PEDUM

*Finito Evangelio, dum lavantur pedes, haec subscripta cantantur.*

*Antiphona 1.*













*Et repetitur immediate Antiph.* Mandatum novum. *Et sic aliæ Antiphonae repetuntur. De quolibet autem Psalmo, dicitur tantum primus versus.*

*Antiph. 2.*

*Antiphona 2.*




*Repetitur Antiph.* Postquam.

*Antiphona 3.*









*Repetitur Antiph.* Dominus.

*Antiphona 3.*












*Repetitur Antiph.* Domine, tu mihi.




*Tertio repetitur Antiph. 3.* Domine, tu mihi.

*Antiphona 4.*


















*Repetitur Antiph.* Si ego Dominus.

## FERIA SEXTA IN PARASCEVE.

*Ad denudationem, et elevationem Crucis, vide sup. p. 22.*

*Post,* Ecce lignum Crucis, *Rituale Petricoviense innuit Processionem cum imagine Crucifixi, in qua cantabatur* Popule meus; *qua finita, adorabatur Crux, inter cantum hymni:* Crux fidelis. *Nunc communiter Processio omittitur; ad adorationem vero Crucis, cantatur Improperium:* Popule meus.

*Chorus incipit.*










te de ter ra Ae gi pti: pa ra
sti cru cem sal vato ri tu o.
Cantores.
Chorus mox repetit latine.
1. Agi os o Theos
2. Agi os I schyros.
1. Sanctus
2. Sanctus
De us.
for tis.
Cantores.
3. A gios athanatos
Chorus.
ele i son i mas.
3. San ctus




et immorta lis, mise
re re no bis.
Improp. 2.
Qui a e du xi te per deser
tum quadragin ta annis, et man na ci
ba vi te et intro du xi te
in terram satis bo nam. Pa ra sti
cru cem sal vato ri tu o.
Repetitur Agios et Sanctus.

*Improp. 3.*




*Repetitur* Agios *et* Sanctus.



*Post Improperia et versus, cantatur communiter sequens Antiphona.*




*Repet. Ant. Reliqua vide supra pag. 23 et sequ.*

# SABBATHO SANCTO.

*Post benedictionem Fontis, (conf. supra pag. 26 et 27) in redeundo ad altare, cantantur Litaniæ de OO. SS. cantoribus præcinentibus, choro vero respondente. Celebrans cum ministris, postquam ad altare pervenerit, procumbit, cæteris omnibus genuflexis. Ad versum:* Peccatores. *surgit Celebrans cum ministris, itque ad Sacristiam, ubi sumit paramenta pro Missa solemniter celebranda.*



1. **K**y ri e e lej son, 2. Chri ste audi nos,
3. Chri ste e lej son, 4. Chri ste e xaudi nos.



Pa ter de coelis De us, Mi serere no bis.

| | |
|---|---|
| Fili Redemptor mundi Deus, Mis... | S. Dei genitrix, Ora... |
| Spiritus S. Deus. | S. Virgo Virginum. |
| Sancta Trinitas unus Deus. | S. Michael, Ora... |
| Sancta Maria, Ora pro nobis. | S. Gabriel, |
| | S. Raphael, |



O mnes Sancti Angeli et Archan geli,
O mnes SS. beatorum spirituum Ordines,



Ora te pro nobis.
Ora te...





℣. ut supra sub signo ✱

San cte Joannes baptista, Ora...
San cte Joseph.



℣. ut supra sub signo †

*Et sic porro in sequentibus, pro qualitate signi præfixi.*

O mnes Sancti Patriarchae et Prophetae, Orate...
* S. Petre, Ora..—S. Paule.—S. Joannes.
† Omnes SS. Apostoli et Evangelistae, Orate...
Omnes SS. Discipuli Domini.
* S. Stephane, Ora... S. Laurenti.—S. Vincenti.—S. Stanislae.—S. Adalberte.—S. Casimire.
† Omnes ss. Martyres, Orate...
* S. Silvester, Ora... S. Gregori.—S. Augustine.
† Omnes SS. Pontifices et Confessores, Orate...
Omnes SS. Doctores,
* S. Benedicte, Ora... S. Dominice.—S. Hyacinthe.
† Omnes SS. Sacerdotes et Levitae, Orate...
Omnes SS. Monachi et Eremitae.
* S. Maria Magdalena, Ora.. S. Anna. S. Agnes. S. Hedvigis.
† Omnes Sanctae Virgines et Viduae, Orate...



Omnes San cti, Intercedite pro nobis.



Pro pi tius e sto, Parce nobis Domine.
Pro pit... Exaudi nos Domine.

† Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni peccato, Lib...
A morte perpetua.

Per mysterium s. Incarnationis tuae.
Per adventum tuum,
Per nativitatem tuam,
Per baptismum et s. jejunium tuum,
Per crucem et passionem tuam, Lib..
Per mortem et sepulturam tuam,
Per sanctam resurrectionem tuam,
Per admirabilem ascensionem tuam,
Per adventum Spiritus s. Paracliti,
In die judicii.



Peccatores, Te rogamus audi nos.

*Infrascripta, cantantur sequenti tono.*



Ut no bis par cas, Te rogamus..

Ut Ecclesiam tuam s. regere et conservare digneris, Te roga..
Ut domnum apostolicum, et omnes ecclesiasticos ordines in s. religione conservare digneris.
Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris.
Ut regibus et principibus christianis pacem et veram concordiam donare digneris,
Ut nosmetipsos in tuo s. servitio confortare et conservare digneris. (tribuas.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona re-
Ut fructus terrae dare et conservare digneris,
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare
Ut nos exaudire digneris. (digneris.



A gnus Dei qui tollis peccata mun di,
A gnus..
A gnus..





Par ce nobis Do mine.
E xau di nos Do mine.
Mi se rere no bis.



Chri ste audi nos.
Chri ste exaudi nos.

*Hic Cantores solemniter incipiunt:* Kyrie elejson. Christe elejson. Kyrie elejson. *Et ter singula repetunt. Interim vero Sacerdos cum ministris accedit ad altare. Reliqua vide supra pag, 28.*

## XXV. APRILIS, FESTUM S. MARCI ITEM DIES ROGATIONUM.

*Ad Processionem vide supra pag. 36 et seq. Litanias majores sume ex die Cinerum, pag. 229. In statione, si titulus Ecclesiæ sit SS. Trinitas, cantatur seq. Antiphona.*



Te De um Patrem in genitum te Fi



lium u ni ge nitum, Te Spi ritum




*De B. V. Maria, extra tempus Paschale.*









*De S. Joseph.*






*Tempore pestis vel famis.*









*Versus.*

℣. Benedicamus Patrem et Filium, cum sancto Spiritu.
℟. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.
℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Gloria et divitiae in domo ejus.
℟. Et justitia ejus manet in saeculum saeculi.
℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.
℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos.

**ORATIO.**

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare Unitatem: quaesumus; ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis.

*De S. Maria.*

Concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere; et gloriosa Beatae Mariae semper virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia.

*De S. Joseph.*

Sanctissimae Genitricis tuae sponsi, quaesumus Domine meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.

*In peste vel fame.*

Da nobis quaesumus Domine, piae supplicationis effectum, et pestilentiam famemque propitius averte: ut mortalium corda cognoscant, et te indignante talia flagella prodire, et te miserante cessare. Per Dominum...

## IN VIGILIA PENTECOSTES.

***Litanias ad benedictionem fontis sume ex Sabbatho Sancto pag. 256.***

## FESTUM PENTECOSTES.

***In Processione, in quibusdam Ecclesiis, cantatur hymnus de Spiritus.***



1. Veni sancte Spi ritus, 3. lucis tu ae ra di
2. Et e mitte coe litus,



um. Veni pa ter pauperum, veni dator mune-



rum, veni lumen cor di um, veni lumen cordium.

Consolator optime, dulcis hospes animae, dulce refrigerium.
In labore requies, in aestu temperies, in fletu solatium.
O lux beatissima, reple cordis intima, tuorum fidelium.
Sine tuo numine, nihil est in homine, nihil est innoxium.



Lava, quod est sordidum; riga, quod est aridum; sana quod est saucium;
Flecte, quod est rigidum; fove, quod est frigidum; rege quod est devium,
Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum septenarium.
Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium. Amen.

## IN FESTO SS. TRINITATIS.



1. O adoran da Trinitas! 3. Per te sumus crea-
2. O veneran da Unitas! 4. Per te sumus redem-



ti, ve ra aeternitas. 5. Populum tuum tu pro-
pti, summa tu charitas.



tege, salva, li bera, eripe, et emun da. Te



adoramus omnipotens, tibi ca nimus tibi laus



et gloria per in finita saecula, sae culo rum.

# IN CONCLUSIONE PROCESSIONIS SOLEMNIS CUM SS. SACRAMENTO.

### VERSUS ET COLLECTÆ.

*De SS. Sacram.*

℣. Panem de coelo praestitisti eis,
℟. Omne delectamentum in se habentem.

*Pro Papa.*

℣. Elegit eum Dominus sacerdotem sibi,
℟. Ad Sacrificandum Ei hostiam laudis.

*Pro Episcopo.*

℣. Salvum fac servum Tuum,
℟. Deus meus, sperantem in Te.

*Pro pace.*

℣. Fiat pax in virtute Tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.

### OREMUS.

*De SS. Sacram.*

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.

*Pro Papa.*

Deus omnium fidelium Pastor et rector, famulum tuum Pontificem nostrum N. quem Pastorem Ecclesiae tuae praeesse voluisti, propitius respice: da ei, quaesumus, verbo et exemplo, quibus praeest proficere, ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam.

*Pro Episcopo.*

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo N. Antistiti nostro, et dirige eum secundum tuam clemen-



tiam in viam salutis aeternae, ut Te donante Tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat.

*Pro pace.*

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum J. C. etc.

*Si pro Imperatore et Rege fieri debeat Collecta; sumatur ex Suffragiis publicis in fine Appendicis. pag. 278.*

---

# XV. JULII, IN FESTO DIVISIONIS SS. APOSTOLORUM.

*Post Missam, fit Processio, quæ incipit a Responsorio.*






*Postea cantantur Litaniæ, ut in die S. Marci, pag. 259 cum Versibus et Collectis, tempori convenientibus; quibus interseri poterunt sequentes orationes.*

**OREMUS.**

Deus, qui hodierna die Apostolorum tuorum per orbem terrarum divisionem, tua providentia fieri praestitisti, ut in unam fidei gratiam, ex gentibus passim



dispersis vocaretur ecclesia: da nobis meritis et suffragiis eorum, veniam nostrorum consequi peccatorum, per quorum veram praedicationem, ad tui Nominis pervenimus agnitionem.

Omnipotens sempiterne Deus, moestorum benignissime consolator, tutum refugium in Te sperantium, qui hodiernam diem, huic populo de tua protectione confidenti, triumpho mirabili coelitus praestito, celebrem fieri voluisti, praesta quaesumus tuae protectionis abundantiam, ut populus meritis ac precibus sanctorum Apostolorum tuorum, quorum solemnia agimus, ab omni semper impugnatione tueatur, et securus Tibi deserviendo permaneat.

Deus, qui credentes in Te populos nullis sinis concuti terroribus; dignare preces et supplicationes plebis Tibi dicatae suscipere, ut pax a tua pietate concessa, christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per Dominum nostrum Jesum Christum... ℟. Amen.

## XV. AUGUSTI, FESTUM ASSUMPTIONIS B. V. M.

*In Processione, cantatur sequens.*

*Responsorium.*











*Intrando Ecclesiam.*











# X. OCTOBRIS, PRO GRATIARUM ACTIONE.

*Ad Processionem Responsorium.*











*Aliud Respons.*






*His finitis, cantantur Versus et Orationes, ut infra. Quodsi Processio in alia ecclesia concludi debeat, cantatur hymnus* Te Deum; *cui, si longitudo itineris patiatur, addi possunt Psalmi 65, 80, 95 &.*

## PSALMUS 65.

Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini ejus: annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus: in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.



Quoniam omnes dii gentium daemonia: Dominus autem coelos fecit.

Confessio et pulchritudo in conspectu ejus: sanctimonia et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriae gentium, afferte Domino gloriam et honorem: afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus: adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terrae, qui non commovebitur: judicabit populos in aequitate.

Laetentur coeli et exultet terra, commoveatur mare et plenitudo ejus: gaudebunt campi, et omnia, quae in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum, a facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrae in aequitate: et populos in veritate sua. — Gloria Patri &.

*Deinde in ecclesia, ubi fit statio, ante altare dicuntur sequentes Versus et Orationes.*

℣. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.
℟. Et laudabilis, et gloriosus in saecula.
℣. Benedicamus Patrem et Filium cum S. Spiritu.
℟. Laudemus, et superexaltemus eum in saecula.
℣. Benedictus es Domine in firmamento coeli.
℟. Et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in saecula.
℣. Benedic anima mea Domino.
℟. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.
℣. Domine exaudi orat. &.

## OREMUS.

Deus, cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus: piissimae majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Deus, qui neminem in Te sperantem nimium affligi permittis, sed pium precibus praestas auditum; pro postulationibus nostris, votisque susceptis, gratias agimus, Te piissime deprecantes, ut a cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum.

---

## PUBLICA SUFFRAGIA

### PRO IMPERATORE ET REGE, EJUSQUE ORDINIBUS.

*Dicto hymno* «Te Deum» *vel Psalm. 19* «Exaudiat te Dom.»

℣. Domine, salvum fac Imperatorem, et Regem nostrum N.
℟. Et exaudi nos, in die, qua invocaverimus Te.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orat. &.

**OREMUS.**

Deus, cujus misericordiae, etc. *ut supra, in Gratiarum actione, pag.* 277.

Deus, omnium fidelium Pastor etc. *ut in conclusione Processionis cum SS. pag.* 266.

Quaesumus, omnipotens Deus, ut famulus Tuus N. Imperator et Rex noster, qui tua miseratione suscepit Regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra vitare, et ad Te, qui via, veritas, et vita es, gratiosus valeat pervenire.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo Tuo Antistiti etc. *ut in conclusione Processionis cum SS. pag.* 266.

Omnipotens sempiterne Deus, cujus Spiritu totum corpus ecclesiae sanctificatur et regitur, exaudi nos, pro universis Ordinibus supplicantes, ut gratiae tuae munere ab omnibus gradibus Tibi fideliter serviatur.



Deus, qui miro ordine universa disponis, et ineffabiliter gubernas, respice propitius universos Imperii Rossiaci et Regni Poloniae Ordines, eisque Spiritum tuae gratiae clementer indulge, ut in communem salutem omne disponant, et a tuae veritatis tramite non declinent.

Praetende Domine fidelibus tuis dexteram coelestis auxilii, ut Te toto corde perquirant, et quae digne postulant, consequi mereantur. Per C. D. nostrum. ℟. A.

℣. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.
℟. Amen.

---

## LIBERA KIELCENSE.

*Tenore 1 et 2.*




il la tremen da. ℣. Quando
il la tremen da. * Quando
coe li mo ven di sunt et
coe li mo ven di sunt et
ter ra. ℣. Dum ve neris
ter ra. ** Dum ve neris
ju di ca re sae culum per
ju di ca re sae culum per




ignem. ℣. Tremens
ignem. ℣. Tremens
fa ctus sum e go, et ti
fa ctus sum e go, et ti
meo, dum dis cus si o
meo, dum dis cus si o
ve nerit at que ven
ve nerit at que ven


tu ra i ra. * Quando
tu ra i ra. * Quando
℣. Dies il la dies i rae,
℣. Dies il la dies i rae,
ca la mi ta tis et mise
ca la mi ta tis et mise
riae, dies magna et a ma ra
riae, dies magna et a ma ra




val de. ** Dum ven... ℣. Requiem
val de. ** Dum ven... ℣. Requiem
aeter nam dona eis
aeter nam dona eis
Do mine, et
Do mine, et
lux perpe tu a lu ceat e
lux perpe tu a lu ceat e




*Nota 1.* (ad pag. 171). *In absolutione pro defunctis.* Si haec fiat absente corpore; subdiaconus cum cruce, medius inter acolithos, sistit se ad finem tumuli, ita, ut sit inter ecclesiae portam et tumulum, faciem vertens ad altare; Celebrans vero ex opposito crucis, mediante tumulo. Si vero absolutio fiat praesente corpore, tunc subdiaconus collocabitur ad caput defuncti, quicumque ille sit; Celebrans vero ad pedes defuncti. *ut supra pag. 165.*

*Nota 2.* (ad pag. 172). Absolutio solemnis pro defunctis, dicta *castrum doloris*, habet locum post Missam pro Episcopo, magno principe, vel domino loci, fitque ab Episcopo et quatuor Praelatis vel Canonicis. In hac, praesente corpore: subdiaconus crucifer stat in medio feretri, id est ad caput defuncti; absente vero corpore, ad pedes tumbae, pro quocumque defuncto fiat absolutio. Primus Praelatus sedebit ad dexteram celebrantis, ex adverso crucis collocati, secundus, a dextera manu crucifixi: tertius ex sinistra manu celebrantis; quartus ex sinistro subdiaconi. Ita *Cœr. Ep. de absolutione praesente et absente corpore.* Pontificale Rom. supponit castrum doloris praesente tantum corpore; hinc situs personarum variat; ex dictis tamen patet, nullam esse inter ea oppositionem. Quapropter, etiam supra *pag. 172* posita Rubrica, juxta mox dicta redigatur oportet.

Castrum doloris non fiat in Anniversariis, neque in aliis solemniis defunctorum; sed in primis solum exequiis post mortem. S. R. C. 14 Nov. 1613.

# ADNOTATIO HISTORICA

## DE CANTU CHORALI.

Usus musicae est antiquissimus et omnibus populis communis. Hebraei sub regibus, et cantores celebres, et scholas habebant; defectu tamen monumentorum, principia eorum cantus sunt ignota. Ea, quae ex graecis monumentis accepimus, sunt:

*Tetrachordon Orphei.* Scala in ejus sistemate incipit ab *h*, et quatuor habet intervalla: *h*, *c*, *d* *e*. Tonus *h*, dicebatur prolambanomenos (przedpodstawny); tonus vero *c*, fundamentalis, seu tonicalis. Juxta hanc angustam scalam, composuit hic celeber phidicen, et cecinit sua admirabili citra, odas religiosas, quae longo post tempore conservabantur. Posteriores Graeci numerum tetrachordonum auxerunt. *Dorici* ordo est sequens: *cis, d, e, fis. Phrigii: fis, g, a, h. Lydii: h, c, d, e. Myxalydii: e, f, g, a.* Ex collatione horum tetrachordonum patet, eosdem locum clavium tenuisse (violino, tenore, alto, basso). Praeter tetrachordones diatonicos, noverant etiam scalam chromaticam. Lineas ignorabant, loco quarum, ponebant supra textum varia et plurima signa, quod studium musices difficillimum reddebat.

*Octochordon Pytagoræ.* Vixit hic philosophus 530 annis a. C. n. Studium musices posuit inter ingenuas artes, quae animum nobilitent. Harmonia sistematica orbium coelestium edit juxta illum, revolutione sua, plenos tonos. Examinavit naturam scalae, juxta principia mathematica. Ope instrumenti *monochordon* quaesivit rationem tonorum, (proporcya); ejusque octochordon respondet plane nostrae scalae de tono *c*. Hunc, schola Gregoriana suscepit, et ad sua placita applicavit. Justa ratione quidam conjiciunt, in cantu gregoriano latere praetiosa fragmenta antiqui cantus Graecorum, de quibus admiranda narrantur, quaeque facili negotio, in cantum ecclesiasticum illapsa sunt.

*Principales toni scalæ diatonicæ sunt: 1. tonica,* seu tonus fundamentalis; *2. septima,* seu prolambanomenos, seu

semitonium. Hi duo toni faciunt *cadentiam*, seu conclusionem cantus; 3. *dominans superior*, seu quinta, et *inferior*, seu quinta subtonicalis; 4. *medians superior*, seu tertia major, et *inferior*, seu tertia minor subtonicalis, eg *a*, respectu *c*, superioris. est medians inferior. 5. Quarta inferior, vocatur *quintoctava*, eg, *g*, est quintoctava respectu superioris *c*.

*Cantus Gregorianus*, ita dictus a s. Gregorio Papa, qui scholam celeberrimam cantorum condidit, unde cantus pristinus, gravis, et vere ecclesiasticus refloruit, et per multas provincias propagatus est. Hic cantus in posterioribus typographicis editionibus paulo immutabatur, vel juxta nova principia, inficiebatur potius, quam corrigebatur; hodie vero, per studiosam antiquorum Mn. ss. per viros doctos collationem, genuinus et purus restituitur, cujusque admirabilem unctionem nullus modernus concentus aequare potest.

Schola Gregoriana, in scala Pytagorae, duos tetrachordones admittebat: primum, a tonica ad quartam; secundum, a dominante ad octavam. A primis quatuor tonis: *c*, *d*, *e*, *f*, derivabant quatuor octochordones, seu scalas diatonicas, quos consuetis nominibus: Dorici, Frygii, &. appellarunt; et hi erant *authentici*. Quivis horum octochordonum servavit naturam consuetae gammae, quamvis ab alio tono deducebatur.

Ne autem melodia perpetuo in uno eodemque tono detineretur, sed in alios tonos transiret, et ita esset jucundior et ditior; cuivis octochordoni additus est alter *plagalis*, seu lateralis (styczny), qui a superiore dominante, cujusvis respective toni, formabatur, eg. in tono *c*, formabatur a *g*; in tono *d*, ab *a*, &. His plagalibus octochordonibus addebant initio syllabam *Hypo;* unde nomina: Hypodorius, Hypophrigius, &. significant octochordones plagales.

Schola Gregoriana habuit etiam tonicam mollem, seu lugubrem; quod ex monumentis musicis deducitur, quorum plura juxta tonum mollem sunt formata.

Loco scalae, seu linearum et notarum, adhibebant literas, et varia signa super literas posita, seu signa neumatica. Neuma, vel pneuma, hodie sumi potest pro signis, vel notis tonorum.



*Antiqua signa notationis et expressionis.* Notationes *neumaticae* ponebantur supra textum, sine lineis et clavibus. Exprimebant simul et intervalla tonorum. et eorum durationem, et modum executionis. Habent duo signa fundamentalia: *punctum*, et *virgulam*. Nota quadrata ■, designat punctum ordinarium; caudata vero ▜ virgulam. Punctum et virgula, repraesentant solas notas solitarias; sed in contextu, seu ligatura notarum, quando plures in varium modum poni debeant sub una sillaba, adhibentur alia signa subsidiaria: *podatus*, *clivis*, *scandicus*, *porrectus*, *torculus*, *pressus*, *quilisma*, &.

*Virgula*, facit semper notam acutam, seu elatiorem puncto. *Podatus*, est signum duarum notarum, potest repraesentare omnes in altum ascensus, et habere viginti quatuor varias significationes; *quilisma*, est trium, vel quatuor notarum; *pressus major*, componitur tribus notis unisonis; videtur antiquitus habuisse certum in exequendo modum,—hodie canitur uno producto tono; *pressus minor*, est series duarum, ejusdem nominis notarum; *epiphonus*, habet primam longam, non tamen semper; *pes sinuosus*, series trium notarum, cujus media nota est semper elata, habet plusquam 35 varias significationes. Igitur, neque in textura cantus, neque in forma signorum, vera antiqua intervalla pervestigari, et restitui tuto possunt; traditione enim sola, genuinus tonus conservabatur; abrupta vero traditione, res erat conficienda solis mmss, et quidem: vel antiquis. hisque emortuis; vel recentibus, proinde orbatis illis notationibus.

Si notae immediate ascendant vel descendant, facile erit determinare, quot notas datum signum complectatur.

Sistema notationis, datum per Boëtium, continet quindecem priores alphabeti literas: *a*, *b*, *c*, *d*, *e*. *f*, *g*, *h*, *i*, *k*, *l*, *m*, *n*, *o*, *p*; respondentes: la, si, ut, re, mi, fa, sol, la, si, ut, re, mi, fa, sol, la. Sume in exemplo specimen.

*ghigf fgfc;* vel: *khghigf.*

Seu:



Aliud exemplum, ex Graduali «Justus ut palma» tonis, secundum signa neumatica formatis resolutum

{*m l k i k h g i g h, k l m l m, k m n l*
{Ma - - - - - - - - - - - - - - - - -



Ma - - - - - - - - - - - - - - - - -

{*i k h g, h k k h g h, l m n m n m l m, m l.*
{- - - - - - - - - - - - - - - - - ne.



- - - - - - - - - - - - - - - - - ne.

In cantu Gregoriano erant omnia, sicut hodie, quamvis nobis abstrusa signa, quae cantum animabant, uti: intensio et remissio vocis, *notæ liquescentes*, *pausæ*, ope virgularum et separationum in literis et neumis; signa *expressionis:* forte, piano, crescendo, &. notata per initiales literas, eg, *c*, pro: cito, caute, clamose... *l*, pro: leniter, lugubriter... *s*, pro: sursum, subito, suaviter, et alia. Multitudo tamen significationum unius ejusdemque literae, occasio erat multorum errorum.

Forte monachi Graecorum conservent genuinam traditionem exprimendi varia signa cantus ecclesiastici. Hi, eg, notas: sol, la, si, ut, ita sumunt, quasi unico sono proferantur, transeundo ab uno ad alterum intervallum, per notas mediantes, ita delicate et insensibiliter, ut toni intermedii evanescere videantur.

Noverant etiam antiqui quantitatem notarum. Quilisma *eg*, series trium notarum, praecedente puncto, exprimebat tonos *eg*, re, mi, fa, sol: quarum prima erat longa, secunda brevis, tertia semibrevis, quarta longa. Nota duplicata quadrata, sumitur pro prima nota podati majoris (1), et pro prima nota certorum clivium, aut pressorum (2). Semibrevis sumitur in quilismate pro nota intermedia (3); in elevatione vocis, seu podato arcuato aut rotundo, seu epiphono (4); et in explicatione notarum liquescentium (5), e.g






*Notæ Aretinæ.* Guido de Arezzo, Tuscus, post, abbas avellanus ordinis S. Benedicti; saeculo undecimo, invenit scalam, quatuor lineis horizontalibus compositam, et in eam transtulit cantum Gregorianum ope notarum, quas appellavit: *ut, re, mi, &*. Post aliquot saecula, determinato valore notarum, et arte musica juxta nova placita declarata, usus notarum aretinarum solis ecclesiis in cantu religioso relictus est.

Executio hujus diatonicae, vocatur *solmisatio.* Totus octochordon dividebatur in duos tetrachordones, sicut in cantu Gregoriano. Primus continebat: secundam, tertiam et quartam. Alter vero quintam, sextam et septimam.

*Solmisatio antiqua aretina dur.* Solmisatio totius gammae, seu alphabeti musici, procedit apud eum sequenti modo: *ut, re, mi, fa; ut, re, mi, fa.* Si alfabetum ad quintum intervallum ascendat, solmisatur: *ut, re, mi, fa, sol;* si ad sextum: *ut, re, mi, fa, sol, la;* si ad decimum: *ut, re, mi, fa, ut, re, mi, fa, sol, la.*

In alphabeto duo sunt semitonia seu intervalla contigua, medio tono a se separata. Coetera intervalla contigua, plenum habent tonum, duobus semitoniis coalescentem. Ut distinguantur haec semitonia, primum solmizatur, *mi, ut;* alterum: *mi, fa.* Itaque gamma, *h, c, d, e, f,* solmizabitur: *mi, ut, re, mi, fa.*

In melodia composita, scilicet, quum ex tono authentico fit transitus ad ejus plagalem, tunc *quarta* mutatur in *prolambanomenum*, et solmisatur, sicut tonus authenticus. Itaque *fis, g, a, h, e,* solmizabitur: *mi, ut re mi fa.*

## Exempla.










*Solmisatio aretina mol.* Ea est natura alphabeti mollaris, ut secunda cum tertia, quinta cum sexta, et septima cum octava, solo semitono sint a se disjuncta. Si igitur volo in octochordone quatuor gradus solmisare, solmisatio procedet: *re, mi, fa, sol.* Solmisatio totius octochordonis fit sequenti modo: *re, mi, fa, sol, mi, fa, mi, fa;* ubi semitonia redduntur per *mi, fa.*

Ad distinguendum semitonium initiale a finali, primum vocatur *mi, re;* alterum *mi, fa;* eg; *cis, d, e, f, g.* solmizatur: *mi, re, mi, fa, sol.*

In melodia composita, cum scilicet tonatio *mollis* transit ad suam plagalem *dur*, seu ad tertiam minorem superiorem; tunc semitonium, initio cujuslibet intervalli, plagalis tonationis duralis, solmizari debet: *mi, ut;* finale vero: *mi, fa.* Solmizabitur igitur: *re, mi, fa, sol, fa, mi, re; mi, ut, re; mi, fa, mi, re, ut.*



## Exempla.







*Solmisatio recentior dur, dicta italica.* In octochordone abjicit duos tetrachordones, et assumit unam totalem octavam, in qua omnes toni habent sua nomina: *ut, re, mi, fa, sol, la, si, ut;* ubi, *mi, fa,* est medium semitonium; *si, ut,* initiale aut finale, seu aliter, *cadentia.*

In composita melodia, cum scilicet dominans intonatio duralis eg; *c*, ad suam plagalem *g* transit; tunc cadentia tonationis plagalis solmizatur, *si ut;* semitonium vero medium, *mi, fa;* eg.




*Solmisatio recentior mol.* Semitonia inter secundam et tertiam, quintam et sextam, solmizantur: *mi, fa;* finale autem semitonium, seu cadentia: *si, ut.* Nonnunquam cadentia ponitur initio melodiae, eg, *si, ut, mi, fa, sol.*

Quando dominans tonatio *mol*, ad plagalem *dur* transfertur, tunc cadentia plagalis tonationis solmizatur, *si, ut;* caeterorum vero semitonium, *mi, fa.*

## Exempla.

*Solmisatio mol.* *Cum cadentia initio.*



{re mi fa sol mi fa si ut. {si ut mi fa sol.
{d e f g a b cis d. {cis d e f g.

*In transilione ad plagalem dur.*



*re mi fa sol la sol fa mi re. ut re mi fa mi re mi.*

*De clavibus.* Ad ordinandam et reddendam faciliorem solmisationem varii traditi sunt modi. Inter alios, praestant septem claves, regulatores tonorum, quorum hic nomina et ordo exhibetur.

Alamire, seu *a.* Befami, seu *b.* Gesolfaut, seu *c.*



*la re mi la* *b mi fa b* *c fa sol ut*

Delasolre, seu *d.* Elami, seu *e.* Ffaut, seu *f.* Gesolreut, seu *g.*



*d sol la re* *e la mi* *f ut fa* *g ut re sol.*

Claves hi serviunt ad regulandos tonos tam molles, quam duros. Hodie tamen usum non praestant; non enim quaerimus, quomodo tonatio vocetur, Alamire, an Befami; sed qualis est melodia, et quomodo solmizetur.

Modus cognoscendi intonationem in cantu ecclesiastico, deducitur primo ex ipsa musices natura. Quodvis musicale exemplum incipit, terminatur et requiescit in suis principa-



libus tonis: *tonica, quinta, tertia;* quorum observatio ducit ad cognoscendam veram melodiae tonationem. Quia vero regula haec communis est tonis mollibus et duris, ad distinguendos eos observandum est: 1. Si textus et character cantici est lugubris, praestat eundem juxta tonum mollem modulari 2. Melodiae Rituales deducuntur communiter a tono *cedur, demol, emol, efdur, gedur, gemol, amol.* Tonationes igitur *c, f,* et saepius *g* faciunt tonum duralem; reliquae vero mollarem. 3. Nonnunquam signa musicalia hanc tonorum distinctionem indicant, *eg.* intonatio *demol* habet saepius signum ♭; *emol* in nota *sol* habet aliquando quadratum ♮; *efmol* in *mi* invenitur quandoque bemol; similiter in *gemol.* 4. Notitia profunda principiorum musicae, exercitium ejus continuum, et innatus gustus, hic plurimum facit, ad detegendam genuinam intonationem.

In melodia composita, tonus durus a molli facilius distinguitur. Transitio *eg,* de tono *cedur* in *amol;* ex *demol* in *efdur,* facili negotio solvitur in exequendo. Intelligitur per se, quod in transitionibus tonorum, nova tonica, ad quam fit transitus, anticipari debet a semitono prolambanomenon, ut naturā conclusionis, seu cadentiae novae intonationis, servetur inviolata.

Exempla transitionum de uno in alterum tonum in libris ecclesiasticis, tradit Jarmusiewicz. Itaque exemplum transitionis de tono *cedur* in *gedur* exhibet in Processionali, pagina 97, in verbis «Tibi laus, tibi gloria». Ex *cedur* in *amol,* in Psalter. pag. 279 «Placare Christe servulis, quibus patris clementiam». Ex *cemol,* in *esdur,* in Psalt. pag. 244 «Ad regias agni dapes, stolis amicti candidis». Ex *dedur* in *adur,* Gradual. pag. 61 «Agnus Dei, qui tollis». Ex *demol* in *efdur* Psalt. p. 20 «Alleluja Noli flere Maria, Alleluja». Modulationis, in *demol,* Gradual. p. 213. «Victimae paschali laudes». In *edur,* Grad. p. 13 «Kyrie eleison». In *emol,* Antiphonar. p. 26 «Dum prope est, alleluja». Ex *edur,* in *cismol,* Psalter p. 281. «Exultet orbis gaudiis, coelum resultet laudibus, apostolorum gloriam, tellus et astra concinunt». Ex *emol,* in *gedur,* Grad. p. 169 «Judica domine, expugna impugnantes me». In *efmol,* Grad. p. 214 «Alleluja» Ex *efdur,* in *demol,* Psalt. p. 29 «Et temporum das tempora, ut alleves fastidium». Ex *efdur,* in *cedur,* Grad. p. 56. «San-

clus». Ex *efmol*, in *asdur*, Psalt. p. 199 «Gloriosi principes terrae, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita et in morte non sunt separati». In *gemol*, Antiph. p. 95 «Fili, quid fecisti nobis». Ex *gedur*, in *dedur*, Psalt. pag. 289 «Laudemus omnes foeminam». Ex *gemol*, in *bedur*, Ant. p. 103 «Ad Cain: maledictus». In *adur*, Grad. p. 87 «Ad te domine levavi animam meam». Ex *amol*, in *cedur*, Psalt. p. 215 «Domine quando veneris. Commissa». Ex *bedur*, in *efdur*, Anti. p. 11 «Venite exultemus domino». Ex *bedur*, in *gemol*, Grad. p. 67 «Intraverunt aquae usquae ad animam meam» &c.

*Modi*, juxta quos omnia exempla melodiae ecclesiasticae sunt composita, numerantur 14; juxta vero alios solum 8. (coeteros vero ad istos 8 reducendos esse): scilicet juxta numerum notarum tetrachordonis cum suis plagalibus. Pro ratione toni, in quem finis cadit, numeratur et formatur modus.

In *Gradualibus*, *Tractibus* et *Alleluja*, observatur pro quovis modo certus numerus typorum, seu formularum, *eg*, formula primi modi exhibetur in Graduali *Inveni David;* formula 15 et 16 modi, in Graduali, *Christus factus est;* formula 8 modi in, *Alleluja. Tu es sacerdos in aet.*

In antiphonis Missae, id est Introitu, Offertorio et Communione, melodiae sunt particulares, quae nullum sequantur typum, seu formulam. Exemplum habes in Introitu *Exurge*, in Communione *Vox in Rama.*

*Qualitas et quantitas notarum.* Aliae sunt sillabicae, quadratae, sine virgulis, sub quibus textus disponitur; aliae laterales, intermediae cum virgulis, sine textu, modulationis producendae et explicandae causa adjectae. Item, aliae sunt longae, aliae breves; quod ut discernas, observa: Prima et ultima sillaba longius producitur, sicut et nota duplex. Aliquot notae, ejusdem nominis, sese consequentes, brevius, praesertim mediae, producuntur. Quamvis in antiquis melioribus manuscriptis, rytmi ratio nulla habebatur, possumus tamen, anteultimam praesertim sillabam, juxta ejus metrum corripere, vel producere: dummodo naturae modulationis vis non inferatur. Nota virgulata, sillabicam sequens, longius producitur; si vero plures sequantur virgulatae, ultima earum longior erit. Notae sillabicae, fundamentum harmoniae faciunt; caeterae virgulatae, decorationis instar sunt.



*Studium musicae* Ad adjuvandum et explicandum cantum ecclesiasticum, nullum aptius instrumentum video, organo, quod ante XVI saeculum, studio bonorum virorum perfectum, plurimum contulit ad explicandam plenam harmoniam tonorum. Hunc Ctesibius invenisse traditur sub Ptolemeo Physicone, 120 annis a. C. n. Tertulianus libro de anima, facit inventorem Archimedem. Mentio organi est apud Suetonium in Nerone, et Porphyrium in Panegirico Constantini Imperatoris. S. Augustinus in Psalmum 56 et 90 docet, organa follibus inflari, antea vero aquae immissione organum sonos edebat. S. Hieronymus epistola ad Dardan. meminit organi valde sonori quindecem fistularum. Cassiodorus in Psalmum 40 scribit, organi speciem similem fuisse turriculae, fistularum plenae, quam folles inflarent.

Studium harmoniae tonorum, per organa adjutum, refloruit 16 saeculo, quo Angli jam habebant Conservatoria musicalia. Quomodo apud nos colebatur cantus, testes sunt Cantionalia praetiosa, in membrana solicite descripta, in bibliotecis conservata, vel misere lacerata et distracta ab idiotis. Reges, episcopi, proceres, chorus cantorum fovebant, vel in ecclesiis fundo providebant, de quibus plena sunt folia historiae nostrae. Enatam musicam, synodi nostrae ad fines debitos reducebant. Sub auspiciis tantorum virorum, quales erant Hedviges, Casimiri, Sigismundi, Gregorii de Sanock, &. multi inclaruerunt cantores: Buchowski ordinis S. Benedicti; Joannes Brandt de Posnania, rector collegii Leopoliensis S. J; Sarbiewski, &. quorum specimen invenies apud Starovolscium in elogiis centum illustrium scriptorum Poloniae; in opellis Gołębowski de antiquitatibus nostris; in Praefatione ad Cantica choralia Vincentii Gorączkiewicz, et alibi.

Eodem XVI saeculo floruit musica in Italia, quam plurimum promovit Joannes Palestrina, celeberrimus magister, discipulus Gaudimeli, natus 1529. Effeminatam illius temporis musicam, voluit Marcellus Papa ex ecclesiis eliminare, et cantum Gregorianum innovare. Palestrina, qui novit intime animam musicae ecclesiasticae, rogavit Pontificem, ut sibi liceret coram, mandare executioni inter missarum solemnia cantum a se compositum, sex vocibus juxta leges harmoniae instructum; quod cum

anno 1555 dominica resurrectionis cum applausu factum esset, placuit opus Pontifici, qui illud dignum judicavit asservare in suo archivio, posteris exemplo, cum inscriptione «Missa Marcelli Papae». Idem cantor, factus magister capellae in ecclesia S. Petri, obiit a. 1594, cum pompa in eadem ecclesia tumulatus, decoratus inscriptione «Joannes, Petrus, Aloisius Palestrina, musicae princeps». Hunc secutus est Gregorius Allegri, natus Romae 1590. Composuit celeberrimum «Miserere» quotannis in Capella Sixtina feria V Coenae domini cantatum, quod in archivio Pontificio asservatur, neque ulli unquam exscribere permittitur. Mozart, postquam bis ejus executioni adesset, plenum opus memoria exscripsit, et correctum exhibuit. Reperitur hoc opus in «Collections des Classiques, à Paris. 1810».

Saeculo 18 et 19 nova principia musices explicata sunt ad ultimum gradum. Hanc repraesentant praeclara ingenia: Haydn, Mozart, Cherubini, et plurimi alii. Apud nos, ad propagandam musicam ecclesiasticam et saecularem, contulit studium Josephi Elsner, et Caroli Kurpiński, qui, tum operibus editis, tum principiis theoretice explicatis, inter 1815—1830 musicam promoverunt. Conservatorium musicum, sub directione Josephi Elsneri, plures edidit discipulos, per quos hodie ars haec ingenua propagatur.

Schola Lancastri et Logieri, condita Londini 1815, postea vero in multis urbibus Germaniae, multum inclaruit sua docendi methodo: ubi plures simul classes discipulorum percipiunt modum canendi et ducendi tonos harmoniae.

Opera, ex quibus hauriuntur principia musicae, sunt sequentia: 1. Scriptores ecclesiastici de musica, S. Gerberti abbatis Schwarzwaldensis. 2. Rudimenta musicae choralis, XVII saeculo per academiam Cracoviensem edita. 3. Memoires et belles letres, par Burette de l' an 1723. 4. L' histoire de la musique de l' an 1802 par Kalkbrenner. 5. Chorale Gregorianum Rituale, A. R. D. Joannis Jarmusiewicz, plebani dioecesis Leopoliensis editum Viennae. 6. Memoire sur la nouvelle edition du Graduel et de l' Antiphonaire Romains, Parisiis, 1852; et plura alia.

---



## SUPPLEMENTUM.

*(Ad pag. 251).* Feria V. maj. hebd. *Post lotionem pedum Superior rediens ad locum suum accipit pluviale, stansque capite detecto, dicit:*

Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem
℟. Sed libera nos a malo
℣. Tu mandasti mandata tua Domine
℟. Custodiri nimis.
℣. Tu lavasti pedes discipulorum tuorum
℟. Opera manuum tuarum ne despicias.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum Spiritu tuo.

### OREMUS.

Adesto, Domine quaesumus, officio servitutis nostrae: et, quia tu discipulis tuis pedes lavare dignatus es, ne despicias opera manuum tuarum, quae nobis retinenda mandasti, ut sicut hic nobis, et a nobis exteriora abluuntur inquinamenta, sic a te omnium nostrum interiora laventur peccata. Quod ipse praestare digneris: qui vivis et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum.
℟. Amen.

---

## NA SUPPLIKACYJACH

*Przy wystawieniu Najświętszego Sakramentu.*

**O** przenajświętsza Hostyja!
Dla której nam niebo sprzyja,
Broń od nieprzyjaciół wszelkich,
Dodaj mocy i sił wielkich.

Bądź chwała Panu naszemu,
Z Dziewicy narodzonemu,
Ojcu, Duchowi świętemu,
Bogu w Trójcy jedynemu. Amen.

*Przy schowaniu Najświętszego Sakramentu.*

Przed tak wielkim Sakramentem,
Upadajmy na twarzy,
Niech ustąpią z Testamentem,
Nowym sprawom już starzy,
Wiara będzie supplementem,
Co się zmysłom nie zdarzy.

Ojciec z Synem niech to sprawi,
By mu dzięka zabrzmiała,
Niech Duch święty błogosławi,
By się Jego moc stała,
Niech nas nasza wiara stawi,
Gdzie jest wieczna cześć chwała. Amen.

# INDEX RERUM.

## PARS PRIMA.


| | | pag. |
|---|---|---|
| *Aspersio* in Dominicis per Annum | | 9 |
| „ | Dom. Passionis et Palmarum | 10 |
| „ | Dom. Resurr. usque ad Pentecost. | 11 |
| *Processio* in Dominica Palmarum | | 13 et 240 |
| „ | Feria V. majoris Hebdomadae *Pange lingua* | 21 |
| „ | „ „ „ coetera 244, 245, 247 et 297 | |
| „ | Feria VI. in Parasceve | 22 et 251 |
| „ | Vexilla Regis | 24 |
| „ | Recessit Pastor | 24 |
| „ | in Sabbato Magno | 26 et 256 |
| „ | in Nocte Resurrectionis | 30 |
| „ | in Dominica Resurrectionis | 33 |
| „ | in die S. Marci et diebus Rogat. | 36 et 259 |
| „ | in Festo Ascensionis | 59 |
| „ | Vigilia Pentecostes | 61 |
| „ | in die S. Pentecost. | 62 et 264 |
| „ | in Festo SSS. Trinitatis | 265 |
| „ | in Solemnitate SS. Corporis Christi | 63 et 266 |
| „ | in Dominicis per annum *Duo Seraphim* | 74 |


## HYMNI SACRI.


| | |
|---|---|
| O Salutaris Hostia | 77 |
| „ „ idem polonice | 297 |
| Jesu Dulcis | 77 |
| Rex Christe | 78 |
| Tantum ergo | 78 |
| „ „ idem polonice | 298 |
| Sacris Solemniis | 78 |
| Lauda Sion | 79 |
| Ecce Panis | 81 |
| Te Deum | 82 |
| Salvum fac | 82 |
| Fiant Domine | 83 |

## PIESNI PO POLSKU.


pag.

Trójca Bóg Ojciec . . . . . 83
Boże w dobroci . . . . . 86
Do Ciebie Panie . . . . . 86
Straszliwego Majestatu . . . . . 87
Kto się w opiekę . . . . . 88
Boże wieczny . . . . . 89
Anioł Pasterzom mówił . . . . . 90
W żłobie leży . . . . . 91
Wisi na krzyżu . . . . . 92
Jezu Chryste Panie miły . . . . . 93
Przez Twoje święte zmartwychpowstanie . . . . . 93
Chrystus zmartwychwstan jest . . . . . 94
Wesoły nam dzień dziś nastał . . . . . 94
Twoja cześć chwała . . . . . 95
U drzwi Twoich stoję Panie . . . . . 96
Gwi zdo morza . . . . . 97
Witaj Królowo nieba . . . . . 98
Królu nieba wysokiego . . . . . 98
Przed oczy Twoje Panie . . . . . 99
Święty Boże . . . . . 100


## PARS SECUNDA.


Vesperae Defunctorum . . . . . 101
Orationes diversae . . . . . 108
Ad Matutinum Venite exult. . . . . . 110
In primo Nocturno Antiph. et Psalmi . . . . . 114
In secundo Nocturno . . . . . 123
In tertio Nocturno . . . . . 132
Ad Laudes . . . . . 144
Missa pro Defunct. . . . . . 153
Ordo Sepeliendi Adultos, Exportatio . . . . . 162
Responsorium, Subvenite . . . . . 163
Conductus et Sepultura . . . . . 165
Responsorium Libera me . . . . . 165 et Kielc. 279
Salve Regina . . . . . 171
Conductus absente Corpore . . . . . 171 et (*Nota* 1) 284
Ordo Exequiarum brevior . . . . . 171





pag.

Conductus qui Castrum doloris dicitur . . 172 *et (Nota 2)* 284
Ordo Sepeliendi Parvulos, Exportatio . . . . . 173
Missa in Sepultura parvuli . . . . . 174
Conductus et Sepultura . . . . . 176
Processio pro Fidel. Defun. in Com. OO. FF. DD. . . . 181
Processyja na dzień Zaduszny po polsku . . . . . 184
Instructio ad Cantum choralem . . . . . 189


## APPENDIX.


Festum Purificationis B. V. M. *Processio* etc. . . . . . 223
In Epiphania Domini *Videntes Stellam* . . . . . 227
Dies Cinerum *Litaniae de OO. Sanctis in Proc.* . . . . 229
„ „ *Benedictio Cinerum* . . . . . 234
„ „ *Responsoria in impositione cinerum* . . . 235
Processio tempore Quadragesimae et Adventus . . . . . 238
Dominica Palm. ant. in benedictione et distributione palmar. 240
Coena Domini, *In Matutinis tenebr. versus* . . . . . 244
„ „ *In denudatione et lotione Altar. ant.* . . . 245
„ „ *In lotione pedum antiph.* . . . . 247 et 297
Feria VI. in Parasceve, ad denudationem Crucis etc. . . . 251
Sabbatho Sancto, Litaniae de OO. SS. . . . . . 256
Die 25 Aprilis Fest. S. Marci, item dies Rog. *Antiphonae, versus et orationes* . . . . . 259
In vigilia Pentecost. Litaniae de OO. SS. . . . . . 264
Festum Pentec. Hymnus de Spiritu S. *Veni Sancte* . . . 264
In Festo SSS. Trinitatis, *O adoranda Trinitas* . . . . 265
In conclusione Processionis Solemnis cum SS. Sacramento, *Versus et Collectae* . . . . . 266
Die 15 Julii, in divisione SS. Apostolorum, *Responsorium* . 267
Die 15 Augusti, Festum Assumpt. B. V. M. In Proces. *Resp.* 269
Die 10 Octobris ad Process. *Responsorium* etc. . . . . 273
Publica Suffragia, *pro Rege* etc. . . . . . 278
Libera Kielcense a tribus vocibus . . . . . 279
Adnotatio historica de Cantu Chorali . . . . . 285
Supplementum. — Feria V. maj. hebd. *post lotionem pedum* Versus et Oratio . . . . . 297
O przenajświętsza Hostyja . . . . . 297
Przed tak wielkim Sakramentem . . . . . 298


BIBLIOTEKA
FILII AMFC
w Białymstoku

45.
1883/IV